Digitized by Google

NAZIONALE
13
14
13

RESPONSVM
PERILLVSTRIS, NOBILISSIMI,
atq; Integerrimi Viri, ac Iuriſconſ. Preclariſſ. & Acutiſsimi,

D. ACHILLIS PEDROCCHAE BRIXIENSIS,
Comitis Sacri Palatij, Aulęq; Lateranenſis, & Equitis Aurati, &c.

De Interpretatione, & Reſolutione Contractus.
De Diuiduis, & Indiuiduis.
De Pactis inter Emptorem, & Venditorem.
Et quando liceat ab Emptione diſcedere.

NVNC PRIMVM IN LVCEM EDITVM.

Opus quidem eruditiſsimum, & omnibus vtriuſque iuris Studioſis, Publicis Interpretibus, Conſulentibus, Aduocatis, & Iudicibus maximo vſui, valdeq; neceſſarium: In quo arduæ, Subtiliſsimæ, ac frequentiſsimæ in praxi Materiæ, & Quæſtiones ita dilucidè, Scitè, cumulatèq; explicantur, ac diffiniuntur, vt facilime, & abſque vllo labore quiſque eas intelligere, atque vberrimos eximiæ eruditionis fructus, magna cum voluptate percipere valeat.

Cum ELENCHO locorum Communium propè ſeptingenta loca continente.

Et INDICE omnium copioſiſsimo, atque vtiliſsimo per modum Tractatus ab ipſo AVCTORE ſingulari methodo diſpoſito.

CVM PRIVILEGIIS.



BRIXIAE, Apud Thomam Bozzolam. M D I C.

Cum Licentia Superiorum.



Car Horatij Guarguati Med. ac Philos.

Nomine perpetuo legú celebraris Achilles.
Consilio, et rebus prestátibus orbe peractis.
Inuidiá superas, merite que est emula laudis
Ac tibi fama decus pádés sup ethera tollit.



Illuſtriſsimo, ac Reuerendiſsimo

D. D. PETRO ALDOBRANDINO

S. R. E. CARDINALI AMPLISS.^MO^ ETC.

Achilles Pedroccha.

SIcut multæ ſunt cauſæ, quibus tibi magno Cardinali plurimum deditus, & deuinctus ſum; ita multis rationibus muneris mei eſſe cognoui, meum hoc iuris Reſponſum tibi ipſi offerre, atq; dicare. Celeberrima quippè nominis tui fama, ſola virtute, & rebus à te præclariſſimè geſtis comparata. Inueterata, ac ſumma, qua fulges, nobilitas, magna cum dignitate, & authoritate cõiuncta. Quod S. D. N. CLEMENTIS VIII. Maximi, Sapientiſſimiq; Pontificis patrui tui, qui ſeipſum vniuerſo Orbi verè pulcherrimum, atque admirabile omnium virtutum exemplũ conſtituit: Et, vt Paſtor optimus, iram DEI à grege ſibi credito, lachrimis, pijsq; ſupplicationibus, ac B. HYACINTHO in Sanctos relato, auertit: Grauiſſimis periculis, & calamitatibus mira prouidentia, & celeritate proſpexit: Schiſmaticos ad vnitatem S. M. ECCLESIAE reuocauit: Bellorum incendia extinxit: Maximos Reges, & Principes conciliauit, & in officio continet: Valido exercitu, & opera IOANNIS FRANCISCI ALDOBRANDINI eius nepotis, Capitaneique Generalis, & OLYMPIAE prudentia, venuſtate, ac Sanctiſſimis moribus Spectatiſſimæ Sororis tuæ Viri, Scientia rei militaris, atque alijs Virtutibus, quæ in optimo quoque Imperatore deſiderari ſolent, celeberrimi, impios Turcarum, & Hæreticorum conatus depræſſit; & quamplurimos nefarios, ſacrile-

crilegosq́ue Exules, ingenti feritate craſſantes, interemit: Amiſſam pacem, atque tranquillitatem reſtituit: Chriſtianam Rempublicam optimis legibus, & inſtitutis reformauit: Vrbes fame labrantes annona repleuit: Inclytam Ciuitatem Ferrariam, Te ſupremo, ac prudentiſſimo Exercitus Eccleſiaſtici Moderatore, & nobiliſſimum Triumphum glorioſè Triumphante, nulla hominum patrata cęde, nulla vi hoſtili adhibita, S. R. ECCLESIAE *fęliciter reſtituit: Qua in Vrbe etiam Philippum III. Catholicum Hiſpaniarum Regem, & Margaritam Auſtriacam honorificentiſſima, mirificaq́ue pompa in matrimonium coniunxit: Collegium Sacri Cardinalium Senatus Viris familiæ ſplendore, probitate vitæ, præſtanti ingenio, celebri doctrina, ſpectata fide, inſigni pietate, ac virtute præclariſſimis exornauit, & auxit: Paterna charitate omnes complectitur: Nil deniq́ue omittit, quod ad verum* DEI *cultum, & Religionis augmentum, atque ad bene, beataq́ue viuendum, & ad veram animarum, & corporum fęlicitatem conferat; ſed in hoc glorioſiſſimo, & auguſtiſſimo eius Pontificatu ſumma prudentia, ac vigilantia, iuſtitia, & ſanctitate cuncta moderatur, & regit: Te ipſum à tanto Pontifice in partem Solicitudinis vocatum, ita ſtudioſum illius, & F. R. Cardinalis* IOANNIS ALDOBRANDINI *patrui tui, præſtantiſſimis animi dotibus, & virtutum meritis adeo cumulati, vt exiſtimarent omnes, eum ad ſummi Pontificatus apicem peruenturum, ſi mors tantum decus Domui tuæ tunc non inuidiſſet; ita inquam ſtudioſum imitatorem oſtendis, vt merito fatendum ſit, te natum ad laudem, ad gloriam, ad imperia, & non tibi Cardinalatus, ac ſummę Legationis dignitatem, ſed te dignitati ornamento eſſe. Cumq́ue verè etiam ſis auitæ Virtutis hæres, ſingulari quoque commendatione dignus es, quod eiuſdem Aui tui* SYLVESTRI ALDOBRANDINI *Iuriſconſultorum conſultiſſimi, & maximi, atque alijs ſummis Virtutibus ornatiſſimi, primum Conſiliorum ſuorum Librum, publicæ vtilitati conſulendo, edideris: vt merito omnes iuris Studioſi, & Profeſſores tibi plurimum debeant; & ego præſertim: Cum mihi occaſionem præbueris, vt quam in hoc Reſponſo ſententiam veriorem putaui, tutiſſimo eius authoritatis propugnaculo pluribus in locis communirem, atque eximio veræ, & omnibus numeris abſolutæ eruditionis candore, quo ipſa conſilia, & alia eius ſcripta, iampridem edita, elucent, illuſtrarem. His accedit ingens tuorum in me meritorum cumulus: Nam etſi me ipſum nunquam de facie videris, magnis tamen fauoribus es proſequutus. Exiſtimaui etiam hoc idem Reſponſum ex eo tibi non ingratum futurum, quod alia duo (iam decimus ſeptimus agitur annus) à me reddita in arduis ſanè Cauſis Comitis Ricciardi Auogadri ſanguinis claritate, prudentia, atque alijs virtutibus ſummè illuſtris, iam dudum in Sacro Rotæ Almæ Vrbis Auditorio agitatis, & in quarum altera Rota ipſa bis prius contra eum iudicauerat, dum dictus Sanctiſſimus D. N. diuini, humaniq́ue iuris peritiſſimus, integerrimè, ac iuſtiſſimè Auditoris munere fungeretur, & illum eximio laudis præconio mirum in modum extollerent, ac, vt Solem inter Sydera, merito ſuſpicerent, & admirarentur omnes, fuerint eius grauiſſimo iudicio, & fauorabilibus vniuerſi illius Celeberrimi Ordinis deciſionibus comprobata. Cum igitur omni iure illud tibi debitum eſſe intelligas, ingenti ſplendore ampliſſimi nominis tui illuſtratum, atque etiam tua ſumma authoritate munitum, & auctum, benigne accipies: eritq́ue meæ erga te, vniuerſamq́ue Illuſtriſſimam Familiam tuam eximiæ, perpetuaq́ue obſeruantiæ, & grati, deuinctiq́ue animi iudicium.*

TYPOGRAPHVS AD LECTORES.

CVM ad manus noſtras peruenerit Hiſtoria Fabij Bruſati Clerici Brixienſis de vita, Miraculis, & Martyrio Sanctorum NICOLAI, & HIERONYMI ex PEDROCCHA Familia, à Fabio Delio Romano in lucem edita, & AVCTORI dicata; curauimus, vt denuo hoc loco imprimeretur: tanquam præclariſsimum, ac nobiliſſimum eius veræ laudis teſtimonium: & etiam, quia eam vobis iucundam, & ad excitandum animos veſtros, vt ardentius ſequamini viam ſalutis, perutilem putauimus. Valete.

CLARISSIMO IVRISCONSVLTO, AC PERILLVSTRI,

INTEGERRIMOQVE VIRO, ETC. D. Achilli Pedrocchæ.

Fabius Delius Romanus S. P. D.

HISTORIAM de Vita, Miraculis, & Martyrio Sanctorum NICOLAI, & HIERONYMI iam dudum à Fabio de Bruſatis Clerico Brixienſi eleganter, & accuratè conſcriptam, & (Deo fauente) ab Honophrio Zarrabino Canonico regulari Congregationis Saluatoris, Cotignola nuncupato, viro ſanè præclaro, vt plurima eius eruditiſsima monumenta teſtantur, inter vetuſtiſsimas quaſdam membranas inuentam, triplici ratione tibi Viro præſtantiſsimo dicandam cenſui.

Imprimis vt eo fruaris munere, cuius merito gloriari potes honore. Etenim hæc ſunt præclariſſima Stemmata nobiliſsimæ, atque ſumme illuſtris familiæ tuæ PEDROCCHAE, quibus ei adeo ingens acceſsit ſplendor, & gloria, vt quod de alijs ornatiſsimis Viris, ac ſtrenuis militum Ducibus, qui iam multis ſeculis floruerunt, deq́; eorum præclariſsime geſtis cumplures teſtantur Auctores, recenſere meritò otioſum videatur: & ſi non nulli ex eis omnino ſilentio inuoluendi non ſint.

Vt PEDROCCHVS, cuius cum Radagaſſus Gothorum Rex ſummam rei militaris peritiam cognouiſſet, decem millium peditum copijs eum præfecit: ac deinde Brixia diſcedens, eidem maxima cum parte exercitus imperium illius ciuitatis commiſit. Tresq́; eius filij ſub diuerſis Principibus, tum præcipuè ſub Martiano Imperatore, honorificentiſſimè militarunt.

Et NESTORES ab Alboino Rege Longobardorum, propter eximiam illius virtutem, ac rerum feliciter geſtarum memoriam, totius Galliæ Tranſpadanæ fuit Præfectus conſtitutus. Cuius quidem tanti Viri apud Regem erat opinio, vt nec quid ſummis de rebus, niſi cum illius conſilio, committi vellet.

ACHILLES quoque vir ſummæ dignitatis, Ottonis ſecundi Imperatoris temporibus, cum à Republica Brixienſi eius patria ſumma imperij, belliq́; adminiſtrandi, quod cum finitimis habebat, communi conſilio ei commiſſa eſſet, vbi primo congreſſu vtrinque acriter pugnaretur, ob idq́; ſuos vr-

geri, ac rem in anguſto eſſe cognouiſſet, is ſtricto gladio omnium primus in aciem proceſſit; cuius aduentu ſpe illata militibus, ac reintegrato animo, cum alij alijs ſubſidium ferrent, audacius reſiſtere, & fortius dimicare cęperunt; quæ res etſi ſuis, ſibi tamen non ita feliciter ſucceſſit. Quandoquidem, cum ic fortiſſimè pugnaret, ab hoſtibus introcluſus grauibus fuit vulneribus confectus, adeo vt diutius ſe ſuſtinere non potuerit.

At ſi ita eſſet mortifere vulneratus, non prius tamen è prælio excedere voluit, quam ſui victoriam reportaſſent; qua ſibi nunciata, tunc feliciter moriendum exiſtimauit, vbi patriam, illius morte, ab hoſtium immanitate liberatam videret. maximum ſanè fidei, & probitatis exemplum.

Et C A R O L V S *tot animi bonis cumulatus, vt in eo nil eſſet requirendum, quod ad ampliſſimum Virum pertineat: ingenio, eruditione, moribus, ſolertia, religione, prudentia, grauitate: vnde meritò duobus Summis, & Optimis Pontificibus Paſchali nempè ſecundo, & Caliſto ſecundo cariſſimus fuit; & vterque eius conſilio, & opera in rebus grauiſſimis vtebatur. Cumq; pluribus ſummis legationibus ad Principes feliciſſimè functus eſſet, tandem à Caliſto Viennenſis Archiepiſcopus creatur, maiora accepturus, niſi, dum ad regimen eccleſiæ ſuæ Metropolitanæ, & gregis ſibi crediti proficiſcitur, febribus correptus vitam cum morte commutaſſet.*

Et A N T O N I V S *omnibus virtutibus, quæ in optimo Antiſtite deſiderantur, ornatus, & de Eccleſia Dei optime meritus ab Innocentio Tertio Brixiæ Epiſcopus fuit electus, cum incredibili totius ciuitatis lætitia: à quo vberrimi fructus ſperabantur, niſi mors inuida ante cõſecrationem ei obſtitiſſet.*

De N I C O L A O *verò Iuriſconſulto præſtantiſſimo illud nobiliſſimum referam encomium in marmore ſculptum his verbis.* N I C O L A V S P E D R O C C H A *Iuriſconſultus celeberrimus, præclariſſimo genere natus, prudentia, fide, & pietate inſignis, animi, & fortunæ bonis ornatus, publicæ vtilitatis propugnator, in omni re graui ita ſe geſſit, quod merito omnium ciuium Brixianorum, externarumq; gentium conſenſu Sapientiſſimus, & omni laude dignus iudicatus fuit.*

Non omitto etiam P E T R V M F R A N C I S C V M *ipſius Nicolai nepotem, &* A N T O N I I *iunioris bello paceq; clariſſimi filium, proauum tuum ſummæ authoritatis Virum (cuius grauiſſimo conſilio, ac ſingulari virtute, & prudentia ardua quæq; fæliciter expediebantur) tantæ ſanctitatis fuiſſe, quod is de hora mortis ſuæ, qua nihil eſt incertius, certiſſimus à Deo fieri meruerit; & eam, aliaq; admiranda prædixerit.*

Et P E T R V S *eius filius auusq; tuus, ampliſſimus quidem, & grauiſſimus Vir, tam ſingulari prudentia, præſtanti ingenio, dexteritate, grauitate, iuſtitia, atque conſtantia, & ſincera fide aui Brixiam rexit, eiusq; dignitatem, & decus ita ſemper ſuſtinuit, quod ingens, & celeberrimum nomen apud omnes habere meruerit.*

Illæſum verò animi candorem, ac ſummam I O A N N I S B A P T I S T Æ *patris tui probitatem, religionem, pietatem, humanitatem, & optimo mores nemo eſt, qui neſciat.*

Altera, & potiſſima ratio eſt, meritorum tuorum cumulus. Etenim non ſatis putaſti tam ingenti maiorum tuorum ſplendore, & gloria, ac etiam materni generis claritate niti; & nobiliſſimas, illuſtriſſimasq; familias neceſſitudine attingere; quod propria etiam virtute, & rerum à te fæliciter geſtarum memoria frequentem in ſempiternum famam, ſumma cum nominis tui, ac familiæ tuæ laude, & honore, comparere voluiſti; & integerrime, ac innocentiſſime viuere; vt merito inter bonos optimus, & inter optimos clariſſimus habearis; atque omnes animi tui magnitudinem, conſtantiam, prudentiam, fidem, religionem, pietatem, modeſtiam, & morum comitatem, nec non ingenij præſtantiã, & acumen, conſilij grauitatem, & ſummam in vtroque iure ſcriptorum tuorum (cum maxima vſu frequentium cauſarum forenſium dilucidatione, & omnium vtilitate editorum) eruditionem, ordinem, elegantiam, & copiam per orbem concelebrant, & admirantur. Cumq; ad omnem natus ſis ſummum honorem, dignitatem, & gloriam, malisq; celebranda facere, quam celebrari, cætera, quæ ad amplitudinem laudis virtutem tuarum pertinent, ſilentio committam.

Tertia demum eſt ratio, vt eidem Cotignolæ morem gererem, atque id, quod ipſe (niſi fuiſſet morte præuentus) facere, aliasq; ſuas luculentiſſimas lucubrationes ſub tuo nomine, tuoq; feliciſſimo auſpitio emittere conſtituerat, aliqua ex parte explerem. Tu igitur propenſæ ipſius Cotignolæ in maximis tuis meritis voluntati, ac ſummæ obſeruantiæ erga te meæ munuſculum hoc, precioſum tamen, & illuſtre, acceptum referas velim; meq; pro tua ineffabili humanitate in numero eorum, qui tibi ſunt cariores, recipias, & tibi ipſi plurimum commendatum facias.

Reliquum eſt, vt vna cum omnibus alijs Chriſti fidelibus Deo noſtro clementiſſimo quantas maximas animus noſter capere poteſt gratias agamus, quòd huiuſmodi hiſtoriam diutius deliteſcere non permiſerit; ſed ſicut ipſorum Sanctorum Martyrum corpora in Baſilica Saluatoris Brixiæ venerantur, & eos inuocantibus, indefeſſi apud ipſum Deum extant patroni; ita voluerit eorum vitam, miracula, & martyrium omnibus innoteſcere. Vale. *Romæ Kalen. Februarij.* 1591.

HISTORIA
FABII BRVSATI
CLERICI BRIXIENSIS,
DE VITA, ET MIRACVLIS
Sanctorum NICOLAI, & HIERONYMI
Ex Pedroccha Familia.

Ac eorum Martyrio Brixiæ peracto Anno Salutis CXXXIII.

EGIDIVS PEDROCCHA Patricius Brixiẽſis inueterata nobilitate inſignis (cum eius ataui ſint ab Vrbe Roma ex vetuſtiſsima, & perilluſtri progenie oriundi) ac bellica virtute clariſsimus, & maximis in Romanum Imperium meritis, alijſq; tum animi, tum fortunæ bonis ornatus, Apollonio quinto Brixiæ Epiſcopo ſanctiſsimo concionante, ad Chriſtum conuerſus, ab ipſoq; Antiſtite baptizatus, nihil magis cordi habuit, aut ardentius concupiuit, quam vt vniuerſa familia, tum præcipuè ambo eius filij, quorum prior natu ERASTVS, iunior verò PERSIVS, vocabatur, ex PORTIA nobiliſsima, & pudiciſsima coniuge ſuſcepti, Euangelicis dogmatibus eruditi, & ſacro Baptiſmatis lauacro regenerati, Redemptori ſuo fideliter inſeruirẽt: & meruit voti compos fieri. Nam filij patris monitis, & exemplo permoti, ac Diui Apollonij concionibus edocti, & baptiſmatis charactere inſigniti, ſumma cum lætitia, & exultatione Chriſti fidelium numerum auxere. & deinceps Eraſtus NICOLAVS, & Perſius EMANVEL eſt vocatus: quos demum mater, cui EVGENIAE nomen impoſitum fuit, totaq; familia eſt ſubſequuta.

At NICOLAVS, cum paulo poſt conuerſionem EMANVELE fratre, & parentibus eſſet orbatus, ſuperſtitibus dumtaxat IVLIANA vxore præclari generis, integritate morum, ac pietate, cæteriſq; animi dotibus nulli ſecunda ELEONORA prius nuncupata, & PETRO ex ea vnico filio adoleſcente egregio (à quo, tanquam ab vberrimo, & perenni fonte religionis, probitatis, & fidei, futuris ſeculis quam plures illuſtres, ac pace, & bello clariſſimi, & inuictiſſimi prodiere Viri de Chriſtiana Republica optimè meriti: & PEDROCCHA agnatio celebris, & ſummo in honore ſemper habita fuit) ad omnia opera miſericordiæ exequenda ſe ſe dedit, haud ignarus, quòd, qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur: & diuitias, quibus affluebat, in pauperes, & alios pios vſus conuertit, faciens ſibi ſacculos, qui non veteraſcunt, & Theſaurum indeficientem in cœlis, quo fur non appropiat, nec tinea corrumpit.

Cum verò NICOLAVS non minus eloquentia, quam ingenio præcelleret, politioribus litteris à teneris annis apprime imbutus, ſummo ſtudio Sacris litteris operam dedit, vt non vulgarem rerum diuinarum cognitionem haberet, cuius medio tutius, & facilius credentes in fide confirmaret, & idolatras ad Chriſtum conuerteret. Quamobrem, Spirituſancto cooperante, breui eius apicem conſcendit: ita vt mirarentur omnes, qui eum audiebant. Et mortua IVLIANA vxore, curaq; rei familiaris PETRO filio commiſſa, liberior factus, tãto ſoli Deo intentus orationibus, ieiunijs, & conuerſi infidelium vacauit ardentius, quanto à rebus familiaribus iam alienus vixit expeditius.

Ac primum ſibi HIERONYMVM, ante Baptiſmum ATTILIVM nuncupatum, eius patruelem in collegam delegit, ratus ſe feliciter omnia peracturum, ſi huius Viri, qui, vti eiuſdem agnationis, ætatis, & animi, ita in pauperibus alendis, ægrotis inuiſendis, deſperatis, & calamitoſis conſolandis, viduis, & pupillis acerrime tuendis, nullum deniq; genus pietatis omittendo, ſed vitam ſanctiſsimam traducendo, ei æque coniunctus erat. Ex quo factum eſt, vt non multo poſt vtriuſq; opera, conſilio, & exemplo, tum præcipue NICOLAO euangelizante, plurimi ex infidelibus, tam Brixiæ, quam in oppidis ei ſubiectis commorantibus, commentitijs Dijs relictis, fidem, & veram Chriſti religionem profiterentur.

Dum autem hi ſanctiſsimi viri in dies ardentius, ac ſtudioſius ſuſceptum

ſceptum munus explere contendunt, & in nomine IESV eijciunt Dæmonia, & cæcis oculorum lumen, ſurdis auditum, & mutis loquelam reſtituunt, ac plures alios male habentes ſanos reddunt, atque ob id credentium numerum augent, nec pœnas, quibus paſsim Chriſtiani afficiebantur, reformidant, ab exploratoribus ad Præſidem in Ciſalpina, & Vinetia vices Imperij gerentem delati, accuſantur, quòd à Romanorum Religione diſſentiunt, & Chriſtianam ſequuntur, & complures trahunt in eandem ſententiam: quibus auditis, Præſes confeſtim eos comprehendi, & ad ſe adduci iubet.

Et quamuis ea tempeſtate, propter frequentes cædes, pauci reperirentur, qui nomen Chriſti palam profiteri, & vix perfecti ſe Chriſtianos aſſerere auderent: quinimò Chriſti fidelium multi per deſerta fugitantes metu mortis latitarent: & plures etiam comprehenſi blanditijs, & vanis iſtius mundi honoribus pellecti, aut tormentis ſuperati, à ſanctiſsima Redemptoris noſtri religione auerterent: ambo tamen ipſi nobiliſsimi, & fortiſsimi Chriſtianæ fidei propugnatores viriliter, & conſtantiſsimè ante Præſidem ſteterunt, neque eius blanditijs, & pollicitationibus decipi, aut minis deterreri potuerunt, vt à via veritatis declinarent.

Quinetiam NICOLAVS graui oratione adeò perſpicuè rationem noſtri dogmatis reddidit, & honeſtatem Chriſtianæ religionis expoſuit, vt duo Præſidis familiares idem publicè affirmare, & eam ſequi non dubitauerint. Quamobrem ipſe Præſes, ira commotus, & vehementi ardens indignatione, familiares in carcerem trudi, ac NICOLAVM, & HIERONYMVM intra duos anguſtiſsimos parietes, vt vix reſpirare poſſent, includi imperat: quo in loco nec orationes vnquam, nec ieiunia prætermiſere. Menſe autem quarto eorum captiuitatis à PETRO NICOLAI filio, & multis alijs fidelibus noctu è parietibus liberantur.

Ipſi verò non præteritis anguſtijs, & incommodis victi, nec imminentibus, aut futuris periculis deterriti intermiſſam prædicationem confidentius aggrediuntur. Etenim Viri Sancti quo maiore perſequutione prĕmuntur, eo ad prædicandum acrius inſtigantur. vt D. Gregorius ait.

Qua ex re Præſes maiore percitus ira, dum ad æternæ ſalutis beatitudinem omnes inuitant, illud in Pſalm. Prophetæ promiſſum implentes.

Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur. denuò eius iuſſu comprehenduntur, & nudati, ac virginis cæſi, maximisq́; cruciatibus

tibus

tibus affecti, & ferè ſemiuiui relicti, in fœtidum carcerem conijciuntur: ipſis non ceſſantibus Hymnis, & Pſalmis Dominum benedicere, & laudare. Die autem ſequenti, mirantibus omnibus, liberi exierunt.

Et cum eo tempore in ſuburbijs adeo ingens incendium exortum eſſet, quod minimè comprimi poſſet, ſanctiſsimi Martyres ſolo ſigno Crucis illud extinxerunt.

Atque ad vitam reuocarunt duos tunc flammis combuſtos.

Permultis etiam infidelibus in vnum collatis ſacra ſubuertere, & veram fidem, eiuſque propugnatores oppugnare contendentibus, cum mediocri Chriſtianorum comitatu verbo, & armis reſiſtere non dubitarunt. Et factum eſt, vt eo conflictu non pauci infidelium occumberent, & plerique ex Chriſtianis Martyrio coronarentur.

Ipſi autem multis vulneribus confecti, ad Præſidem tertio adducuntur, qui cognita in præteritis tormentis eorum conſtantia, ad nouum ſupplicij genus confugiens, vnguibus ferreis dilacerari iubet eorum vulnera: ſed conualeſcunt ſtatim, & vngues ferreos hebetes, & obtuſos reddunt.

Eductos ſuper candentes prunas, ambulare nudis pedibus cogit: vt ſuper flores eunt illæſi.

Dentes, eis eiectos, continuo renatos accipiunt.

Galeas, & Thoraces ignitos ſuſtinent, nec offenduntur.

Oleum per ora feruidum infuſum, veluti ſuauiſsimum liquorem combibunt.

Allato Iouis (cui mirificum in Chinneæ colle conſtructum erat templum, quod poſtea mutatum ob Beati Petri honorem, iuſſu cuius eo loci Diuus Barnabas ſacra celebrauit, Sancti Petri in Olitueto eſt appellatum) allato inquam Iouis Simulacro, vt adorent minaciter hortatur: illis autem, oculis ad Cœlum eleuatis, Ieſum inuocantibus, æneus Iupiter in puluerem ſoluitur. Et ob id multi Idolatræ aſtantes, cum hæc ſigna, & prodigia, illosq; Dijs ſuis fortiores vidiſſent, ad Chriſtum conuertuntur.

Cum ergo huius impijſsimi Tyranni cura, laborq; omnis in caſſum cecidiſſet, & ipſe toties ſe deluſum animaduerteret, in diem craſtinam capite eos cædi iuſsit.

Nocte autem media, cum eſſent in carcere poſiti, vnus ex cuſtodibus iam conuerſus, cæteris dormientibus, alloquendi ipſos Martyres per feneſtellam ferream copiam dedit Sanctiſsimo Brixiæ Epiſcopo, qui cum paucis quibuſdam illuc acceſſerat, vt pane Angelo-

rum

rum cibaret eos, quos exoptare communicari Domino, priuſquam ex corporis vinculis euolarent, ab Angelo monitus fuerat.

Et vidit eos ingenti ſplendore conſceptos: allatamq; Eucharestiam læti acceperunt, Deo primum, deinde Antiſtiti gratias agentes. Et cum de Paſsione Chriſti, deque ineffabili eius amore erga genus humanum ſermonem in multam noctem produxiſſent, iam expergiſcentibus alijs cuſtodibus, Antiſtes eos benedixit: & à NICOLAO deprecatus, quod PETRVM filium, tunc abſentem, conſilio adiuaret, quo in fide, quam iam conſtanter profitebatur, in dies magis proficeret, & ſemper ſe talem re ipſa oſtenderet, qualem verum Chriſti imitatorem decet: ſe pro paſtoralis officij ſui munere eius deſiderio non defuturum affirmauit, & minimè dubitare aſſeruit, quin PETRVS hac in re, & Patris, & HIERONYMI virtutem æmuletur, ſimulq; omnes poſteris omnibus optimum, & præclariſsimum religionis, & veræ fidei exemplum relinquant: & multis verbis vltro citroq; habitis, non ſine lachrymis ab eis diſceſsit.

Orto autem ſole NICOLAVS, & HIERONYMVS à Cæſarianis militibus, Præſidis ſententiam exequentibus, paulo extra Vrbem Brixiam in viam tunc Cremonenſem appellatam ducti, in loco, qui nunc Burgus Sancti Fauſtini ad ſanguinem nuncupatur, læto admodum vultu, capitum amputatione, Martyrio coronantur. Anno à Natali Chriſti die CXXXIII. Kalendis Iulij, Pontificatus verò Teleſphori Anno II. & XIIII. Imperij Aelij Adriani, qui primo quidem Chriſtianis admodum aduerſatus eſt, licèt poſtea, cognita eorum religione, & pietate, in eos beneficus fuerit, ibiq; eorum corpora à fidelibus ſepeliuntur.

Et dum quidam Ariocelius nomine huic Martyrio intereſſet, ac fortè aliquantulum eorum cruoris attigiſſet, ſtatim à ſpiritibus immundis, à quibus iam diù vexatus erat, liberatus fuit.

Ex quibus conſtat hos Sanctiſsimos Martyres de Satana, deque eius Sectatoribus Tropheum inſigne erexiſſe, & nobiliſsimum Triumphum triumphaſſe, quo admodum illuſtri, & fœliciſsimæ PEDROCCHAE familiæ ingens ſplendor acceſsit, & gloria omni æuo duratura.

Hæc de Vita, Miraculis, & Martyrio horum Sanctorum Martyrum Vrbis Brixiæ breuiter, & fideliter recenſere, & his ſcriptis committere elaboraui ego Fabius de Bruſatis annos natus quinquaginta ſex, Menſes quatuor, dies vndecim, ciuis, & Clericus Brixienſis

ad

ad Chriſtianæ Religionis augmentum, & Summi Dei laudem, qui mirabilis eſt, & glorioſus in Sanctis ſuis. Et huic meo labori finem impoſui in Feſto Aſſumptionis Sanctiſsimæ, & Immaculatæ, ac ſemper Virginis, & eius Genitricis Mariæ, Anno ab eius Partu quadringenteſimo decimo ſexto ſupra mille, quam, & ipſos Sanctos Martyres humiliter deprecor, & exoro, vt eorum interceſsionibus me famulum ſuum indignum ita tueri, & greſſus meos regere, omniaq; mea opera dirigere, & diſponere dignentur, vt perpetuæ damnationis ſententiam euadere, & cum electis Dei omnibus ad æterna gaudia valeam fœliciter peruenire.

Brixiæ 15. Auguſti. 1416.

FINIS.

ELENCHVS
LOCORVM COMMVNIVM IN INDICE CONTENTORVM.

A

ABbas. col. 1.
Abſurdum. col. 2.
Abuſiuè. col. 4.
Acceſſorius ibidem.
Accidens. ibidem.
Accipiens. col. 5.
Accreſcendi. ibidem.
Actio. ibidem.
Actiuè. col. 6.
Actor. ibidem.
Actus. ibidem.
Actum. col. 11
Additio. ibidem.
Addi. ibidem.
Adiunctus. col. 12
Adhærens. ibidem.
Adminiſtrare. ibidem.
Admittendus. ibidem.
Aequalis. ibidem.
Aequalitas. col. 13
Aequiparantur. col. 14
Aequipollens. ibidem.
Aequior. ibidem.
Aequitas. col. 15
Aequum. ibidem.
Aeſtimandus. col. 16
Aeſtimatio. ibidem.
Affectus. ibidem.
Afflictus. ibidem.
Affirmatiuus. ibidem.
Agendo. ibidem.
Agens. col. 17
Agere. ibidem.
Agnoſcendus. col. 18
Ago. ibidem.
Alienatio. col. 19
Aliquid. ibidem.
Aliquis. ibidem.
Allodialis. col. 20
Alteratus. ibidem.
Ampliatur. ibidem.
Ampliatiuus. ibidem.
Anima. ibidem.
Animus. col. 21
Annuatim. ibidem.
Annus. ibidem.
Antecedens. ibidem.
Antiquus. ibidem.
Appellabelis. col. 22
Approbare. ibidem.
Arbitrium. ibidem.
Arctatiuus. ibidem.
Ardor. ibidem.
Aretinus. ibidem.
Argumentum. ibidem.
Artifex. col. 23
Aſſenſus. ibidem.
Attendi. ibidem.
Audiendus. col. 24
Autor. ibidem.
Autoritas. ibidem.
Auxilium. ibidem.

B

BArtolus. col. 25
Beneficium. ibidem.
Benignior. ibidem.
Biformis. ibidem.
Bona. ibidem.
Bonus. col. 26
Brixia. col. 27

ELENCHVS.

C

Canon. ibidem.
Capitulum. ibidem.
Caput. col. 28
Cardinalis. ibidem.
Carolus. ibidem.
Caſus. col. 29
Cauſa. ibidem.
Certior. col. 34
Certus. ibidem.
Ceſſans. ibidem.
Ceſſare. col. 35
Citatio. ibidem.
Clarus. ibidem.
Claudicare. ibidem.
Clauſula. ibidem.
Clericus. col. 37.
Cogitatus. ibidem.
Collectiuus. ibidem.
Commiſſus. col. 38
Commodum. ibidem.
Communio. ibidem.
Communis. col. 39
Comprehendere. col. 40
Compromiſſum. ibidem.
Conceſsio. col. 41
Concurſus. ibidem.
Condemnatus. ibidem.
Condictio. col. 42
Conditio. ibidem.
Conditionalis. col. 44
Conductio. ibidem.
Conductor. ibidem.
Conficitur. col. 45
Confiſcatio. ibidem.
Coniectura. ibidem.
Coniunctio. ibidem.
Coniunctus. col. 46
Connexitas. ibidem.
Connexus. ibidem.
Conſangnineus. col. 47
Conſenſus. ibidem.
Conſentire. col. 49
Conſequens. ibidem.
Conſilium. ibidem.
Conſortes. ibidem.
Conſtitutio. ibidem.
Conſtitutum. col. 50
Conſuetudo. ibidem.
Conſumatio. ibidem.
Contentus. ibidem.
Contracturus. col. 51
Contractus. ibidem.
Contradictio. col. 67
Cõtrafaciens. ibidem.
Contrahens. col. 68
Contraueniens. col. 70
Contrauenire. col. 71
Contrauentio. ibidem.
Conueniens. ibidem.
Conuentio. ibidem.
Conuentionalis. col. 73
Conuentus. ibidem.
Copula. ibidem.
Copulatiuè. ibidem.
Copulatus. ibidem.
Corpus. col. 74
Correctio. ibidem.
Correlatiuus. ibidem.
Correſpectiuus. ibidem.
Creditor. col. 75
Cruditas. col. 76
Culpa. ibidem.
Curator. ibidem.
Curaturus. ibidem.

D

Damnum. ibidem.
Dans. ibidem.
Dare. col. 77
Datio. ibidem.
Datio in ſolutum. ibidem.
Datus. ibidem.
Debitor. col. 78
Debitum. col. 79
Decianus. ibidem.
Deciſio. ibidem.
Declaratio. ibidem.
Declaratiuus. col. 80
Decennium. ibidem.
Deceptus. ibidem.
Decretum. col. 81
Defectus. ibidem.
Defendere. col. 82
Defenſio. col. 83
Deficere. ibidem.
Deficiens. col. 84
Denegandus. ibidem.
Dependentia. ibidem.
Deſtructio. ibidem.
Detrahi. col. 85
Determinatus. ibidem.

De-

Detus. ibidem.
Deus. ibidem.
Dictio. ibidem.
Dictum. col. 86
Differre. ibidem.
Difficultas. ibidem.
Diformitas. ibidem.
Dinumeratio. col. 87
Directus. ibidem.
Diſcedere. ibidem.
Diſcedi. col. 94
Diſcordia. col. 95
Diſponens. ibidem.
Diſpoſitio. ibidem.
Diſpoſitum. col. 98
Diſtractio. ibidem.
Diſtractus. ibidem.
Diſtributiuus. col. 99
Diuerſitas. ibidem.
Diuerſus. col. 100
Diuidere. ibidem.
Diuidi. col. 101
Diuiditur. ibidem.
Diuiduus. ibidem.
Diuiſibilis. col. 103
Diuiſio. ibidem.
Diuiſus. col. 104
Doloſus. ibidem.
Dolus. ibidem.
Dominium. ibidem.
Dominus. col. 105
Domus. ibidem.
Donum. col. 106
Dubius. ibidem.
Duo. ibidem.

E

ECcleſia. col. 109
Eccleſiaſticus. ibidem.
Edere. col. 110
Effectus. ibidem.
Efficaciſsimus. col. 111
Efficatior. ibidem.
Emphyteuſis. ibidem.
Emphyteuta. col. 112
Emphyteuticus. ibidem.
Emens. col. 113
Emere. ibidem.
Emitur. col. 115
Emptio. ibidem.
Emptor. col. 117
Empturus. col. 124
Emptus. ibidem.
Enumeratio. ibidem.
Epiſcopus. ibidem.
Equipollens. ibidem.
Euentus. col. 125
Euictio. ibidem.
Euictus. ibidem.
Exceptio. ibidem.
Excipere. col. 126
Excipiendo. col. 127
Excuſandus. ibidem.
Executio. ibidem.
Exequendus. ibidem.
Exemplum. ibidem.
Explicitus. col. 128
Expreſſe. ibidem.
Expreſsio. ibidem.
Expreſſus. ibidem.
Extenſio. ibidem.
Extenſiuè. col. 129
Extenſiuus. ibidem.
Extinctus. ibidem.

F

FAcere. ibidem.
Faciendus. ibidem.
Faciens. col. 130
Facilior. ibidem.
Facilius. ibidem.
Factum. ibidem.
Factus. col. 133
Fauor. col 134
Fauorabilis. ibidem.
Fauorabilior. ibidem.
Ferraria. col. 135
Fertilis. ibidem.
Feudum. ibidem.
Fictè. ibidem.
Fictus. ibidem.
Fides. col. 36
Fieri. ibidem.
Filius. ibidem.
Finalis. col. 137
Finis. ibidem.
Firmus. col. 138
Fœmina. ibidem.
Fons. ibidem.
Forma. ibidem.
Franciſcus. col. 139
Fraus. ibidem.

Fructus ibidem.
Fundamentum. col. 140
Fundus ibidem.
Fundatus. ibidem.
Funiculus. ibidem.

G

Gabella. ibidem.
Geminatus col. 141
Generalis. ibidem.
Generalitas. ibidem.
Generaliter. ibidem.
Generatio. ibidem.
Genus. col. 142
Geſta. ibidem.
Grauari. ibidem.
Grauatus. ibidem.

H

Habitandi. ibidem.
Habitus. ibidem.
Hæres. col. 143
Hieronymus. col. 144
Homo. ibidem.
Hormanoctius. col. 145
Hypotheca. ibidem.

I

Idem. col. 146
Identitas. ibidem.
Ignis. ibidem.
Ignorantia. ibidem.
Immobilis. col. 147
Immutabilis. ibidem.
Immutatus. ibidem.
Impedimentum. ibidem.
Imperfectus. ibidem.
Implere. ibidem.
Implementum. ibidem.
Impoſsibilis. col. 148.
Impoſsibilitas. col. 149
Impropriatur. ibidem.
Improprietas. ibidem.
Impugnatur. ibidem.
Imputandus. col. 150
Inæqualitas. ibidem.
Incertitudo. ibidem.
Inchoatus. ibidem.
Incommodum. col. 151
Incontinenti. ibidem.
Inconueniens. ibidem.
Incorporalis. ibidem.
Indebitum. ibidem.
Indeterminatus. col. 152
Indigentia. ibidem.
Indiuiduitas. ibidem.
Indiuiduus. ibidem.
Indiuiſibilis. col. 161
Indiuiſibilitas. ibidem.
Indiuiſus. ibidem.
Inducendus. ibidem.
Inductus. ibidem.
Infeudari. col. 162
Iniqnum. ibidem.
Initium. ibidem.
Inſolidum. ibidem.
Inſtrumentum. col. 163
Integritas. col. 164
Integralis. ibidem.
Intellectiuus. ibidem.
Intellectus. col. 165
Intenſiuè. ibidem.
Intentio. ibidem.
Intereſſe. ibidem.
Intereſt. col. 167
Interpretatio. ibidem.
Interpretandus. col. 185
Interpretari. ibidem.
Inrerrogatus. col. 186
Inuentus. ibidem.
Inuitus. ibidem.
Inutilis. col. 187
Ioannes. ibidem.
Iter. ibidem.
Iudex. ibidem.
Iudicandus. col. 188
Iudicatur. col. 192
Iudicium. ibidem.
Iuramentum. ibidem.
Iuratus. ibidem.
Iuſtificandus. col. 193
Ius. ibidem.
Iuſtitia. col. 196
Iuſtus. ibidem.

L

Læſio. ibidem.
Lata. ibidem.

Laus.

Laus. ibidem.
Laycus. col. 197
Legalis. ibidem.
Legatarius. ibidem.
Legatum. col. 198
Legitimè. ibidem.
Lex. ibidem.
Libera. col. 203
Liberatio. ibidem.
Libertus. ibidem.
Licentia. col. 204
Licitus. ibidem.
Lis. ibidem.
Litera. col. 205
Locare. ibidem.
Locatio. ibidem.
Locator. col. 207
Locatus. col. 208
Longus. ibidem.
Lucratiuus. ibidem.
Lucrum. ibidem.

M

Magnus. ibidem.
Mandans. ibidem.
Mandatarius. col. 209
Maſculus. ibidem.
Materia. ibidem.
Mediolanum. col. 210
Melior. ibidem.
Mens. ibidem.
Menſis. col. 211
Mercatum. ibidem.
Minimum. ibidem.
Minus. ibidem.
Mitius. ibidem.
Mobilis. ibidem.
Modicus. ibidem.
Modus. col. 112
Mora. ibidem.
Morbus. col. 213
Mors. ibidem.
Mulier. ibidem.
Municipalis. ibidem.
Mutabilis. col. 214
Mutatio. ibidem.
Mutatus. ibidem.

N

Natura. ibidem.
Naturalis. col. 216
Neceſſarius. ibidem.
Neceſsitas. col. 2 7
Negatiua. ibidem.
Negligitur. ibidem.
Negocium. ibidem.
Nemo. col. 218
Neſtor. ibidem.
Nihil. ibidem.
Nobilior. ibidem.
Noceo. ibidem.
Nominatus. ibidem.
Notorium. col. 219
Nouatio. ibidem.
Nouennium. ibidem.
Nouus. ibidem.
Nullus. col. 220

O

Obeſſe. col. 221
Oblatio. ibidem.
Obligare. ibidem.
Obligatio. ibidem.
Obligatorius. col. 225
Obligatus. col. 226
Obſeruare. col. 227
Odium. ibidem.
Offerens. ibidem.
Offerre. ibidem.
Officium. col. 228
Omnis. col. 229
Onus. col. 230
Opinio. ibidem.
Ordinatus. col. 231
Origo. ibidem.

P

Pactum. ibidem.
Paria. col. 233
Pars. col. 234
Paruus. col. 241
Paſsiue. ibidem.
Patefacio. ibidem.
Pecunia. ibidem.
Penſio. col. 242
Peremptio. ibidem.
Perfectè. ibidem.
Perfectio. ibidem.
Perfectus. col. 243
Permiſſus. ibidem.

Per-

Permittendus. ibidem.
Permittens. col. 244
Perſona. ibidem.
Perſonalis. ibidem.
Petens. col. 245
Petitio. ibidem.
Pignus. ibidem.
Pluralitas. ibidem.
Plures. col. 248
Pœna. col. 253
Pœnitere. col. 254
Portio. ibidem.
Poſſeſsio. ibidem.
Poſſeſſorius. col. 255
Poteſtas. ibidem.
Præcedere. ibidem.
Præciſa. ibidem.
Precisè. ibidem.
Prædium. col. 256
Præfatio. ibidem.
Præferendus. ibidem.
Præfertur. col. 257
Præiudicium. ibidem.
Prælatus. ibidem.
Præſtatio. ibidem.
Præſumitur. ibidem.
Præſumptio. col. 258
Præſumptus. col. 259
Pretium. ibidem.
Primeuus. col. 263
Primus. ibidem.
Princeps. ibidem.
Principalis. ibidem.
Principaliter. ibidem.
Principium. col. 264
Priuatio. ibidem.
Priuilegiatus. ibidem.
Probatio. ibidem.
Prodeſſe. col. 265
Productio. ibidem.
Prooemium. ibidem.
Prohibens. ibidem.
Prohiberi. ibidem.
Prohibitio. ibidem.
Prohibitus. ibidem.
Promiſsio. col. 266
Promiſſor. col. 269
Promiſſurus. col. 270
Promiſſus. ibidem.
Promittendi. ibidem.
Promittens. ibidem.
Propriè. col. 272
Proprietas. ibidem.
Proprius. ibidem.
Prumptior. ibidem.
Punctus. ibidem.
Pupillus. ibidem.

Q

Qualificatio. col. 273
Qualitas. ibidem.
Quantitas. ibidem.
Quartus. ibidem.
Quilibet. col. 274
Quotidianus. ibidem.

R

Radix. ibidem.
Ratio. ibidem.
Ratificatio. col. 291
Realis. col. 292
Realiter. ibidem.
Reciprocus. ibidem.
Redhibitio. ibidem.
Redhibere. col. 293
Redhiberi. ibidem.
Redimere. ibidem.
Reemendus. ibidem.
Reemere. col. 294
Rego. ibidem.
Regula. ibidem.
Regulari. col. 295
Relatio. ibidem.
Relatiuum. col. 296
Reluendus. ibidem.
Renouatus. ibidem.
Renouatio. ibidem.
Repetens. ibidem.
Repetere. col. 297
Repetitio. ibidem.
Reprobare. ibidem.
Repugnantia. ibidem.
Repugno. ibidem.
Res. ibidem.
Reſciſio. col. 304
Reſolutio. ibidem.
Reſolutiuus. col. 318
Reſolutus. ibidem.
Reſtrictio. col. 319
Reſtrictiuè. col. 320
Reſtringendus. ibidem.
Reſtitutio. ibidem.

Reſtitutio in integrum. col. 321.
Retinendo. ibidem.
Retinere. ibidem.
Retrahere. ibidem.
Retrahi. ibidem.
Reuendere. ibidem.
Reuenditio. col. 322
Reuertitur. ibidem.
Reus. ibidem.
Rex. col. 323
Ruynus. ibidem.

S

Sapere. ibidem.
Satiſdatio. ibidem.
Scriptura. ibidem.
Secundus. ibidem.
Senator. ibidem.
Senatus. col. 324
Senſitiuus. ibidem.
Senſus. ibidem.
Sententia. ibidem.
Separatus. col. 325
Sermo. ibidem.
Seruitus. ibidem.
Seruus. ibidem.
Significatio. col. 326
Simplex. ibidem.
Simulatus. ibidem.
Solennitas. ibidem.
Soluendus. ibidem.
Soluere. col. 327
Solutio. col. 328
Solutum. col. 330
Speciale. ibidem.
Species. col. 331
Status. ibidem.
Statutum. ibidem.
Sterilis. col. 333
Stipulatio. ibidem.
Stipulator. ibidem.
Strictus. col. 334
Subauditio. ibidem.
Subiectus. ibidem.
Subſtantia. col. 335
Subſtantialis. ibidem.
Succeſſor. ibidem.
Supplere. ibidem.
Summa. ibidem.
Syluester. ibidem.

T

Tacitum. col. 336
Tempus. ibidem.
Tertius. col. 337
Teſtamentarius. ibidem.
Teſtator. ibidem.
Teſtis. col. 338
Tiberius. ibidem.
Tolerandus. ibidem.
Tolli. ibidem.
Totum. ibidem.
Tradere. col. 342
Traditio. col. 343
Traditus. col. 345
Tranſmiſsio. ibidem.
Tria. ibidem.
Triplex. ibidem.
Tutela. ibidem.
Tutor. ibidem.

V

Vacuus. col. 346
Valere. ibidem.
Validitas. col. 347
Velle. ibidem.
Vendendi. ibidem.
Vendens. col. 348
Vendere. ibidem.
Venditio. col. 349
Venditor. col. 356
Venditus. col. 362
Verba. col. 363
Verbalis. col. 365
Verior. ibidem.
Verus. ibidem.
Veriſimilis. col. 366
Veriſimiliter. ibidem.
Veriſimilitudo. ibidem.
Veriſimilius. col. 367
Via. ibidem.
Vinculum. ibidem.
Vitiatur. ibidem.
Vitium. col. 368
Viuus. ibidem.
Vltimus. ibidem.
Vltra. ibidem.
Vnicus. ibidem.
Vnio. col. 369
Vnitas. ibidem.

Vni-

Vnitus.	col. 370	Voluntas.	ibidem.
Vniuerſalis.	ibidem.	Vti.	col. 374
Vnus.	ibidem.	Vtile.	ibidem.
Voluntarius.	col. 37[illegible]	Vtilitas.	col. 375.

T. E. V.

F I N I S.

Errata ſic corrigito, vbi erit litera A. interpretabitur addatur, vbi litera D. deleatur, vbi litera L. legatur.

Car.	lin.		
3	8	*arguetur,*	*l. arguatur.*
5	11	*addie.*	*addic.*
7	7	*vt cuilibet,*	*& cuilibet.*
8	9	*interpretantur.*	*interpretatur.*
16	19	*tradita?*	*tradita,*
17	13	*addie.*	*addic.*
20	23	*gloſſa,*	*gloſſam.*
21	15	*Decis.*	*Deci.*
23	13	*additec.*	*addic.*
	21	*commem*	*A. orat.*
	22	*Equinarius.*	*l. Eguinarius.*
24	1	*idem.*	*D.*
	7	*affirmatur,*	*l. affirmat.*
	39	*nu.45.21.vol.*	*num 245.1.volum.*
29	2	*qua ſent.*	*D. qua.*
30	33	*equinarius.*	*l. eguinarius.*
33	30	*Fabian.*	*Fabio*
36	29	*electiſſimus.*	*l. lectiſſimus.*
50	19	*coſta, tomnes,*	*conſtat, omnes*
54	38	*conſil.56.*	*conſil. 59.*
79	27	*quaſt. 185.*	*quaſt.135.*
91	16	*2. 11.*	
	26	*fol. 26.*	*fol. 62.*
92	vlt.	*cap.2.*	*cap.11.*
109	31	*decenniu,mnon,*	*decennium, non*
110	17	*amphit.*	*emphit.*
111	4	*dilucidus,*	*dilucidius.*
114	7	*priſtinam caſam,*	*priſtinam cauſam.*
118	25	*numero 20.*	*num. 32.*
	26	*numero 1.*	*num. 2.*
119	14	*qui grauis,*	*qui graui.*
164	penult.	*conſil. 36.*	*conſil. 86.*
171	2	*ſurpa*	*ſupra.*

RESPONSVM PERILLVSTRIS, NOBILISSIMI,

ATQVE INTEGERRIMI VIRI,
Ac Iuriſconſulti Clariſsimi, & Acutiſſimi.

D. ACHILLIS PEDROCCHÆ BRIXIENSIS,

COMITIS SACRI PALATII,
Aulæque Lateranenſis, & Equitis Aurati, &c.

De Interpretatione, & reſolutione Contractus.
De Diuiduis, & indiuiduis.
De Pactis inter Emptorem, & Venditorem.
Et quando liceat ab emptione diſcedere.

I. N. I. T. E. G. M. V. A.

Sereniſsimi Allobrogum, & Subalpinorum Ducis Illuſtris Senator, & Clariſsimus Iuriſconſultus D. Io. Franciſcus Crauetta, vt is, qui Aymonis patris ſui, viri ſanè doctiſsimi, & celeberrimi, virtutem æmulatur, egregiè, & ſubtiliter conſulendo pro Illuſtriſsimo, & Excellentiſsimo D. Comite Franciſco Martinengo Co. Malpaghæ, & Equite Ordinis Nuntiatæ, eiuſdemque Sereniſsimi Ducis Conſiliario Status, & Capitaneo Generali Armorum, ac Produce Sabau-

diæ, &c. vti emptore bonorum Vinzaſchæ, & de Ramellis Territorij Laudenſis Ducatus Mediolani, pretio aureorum vigintiſex mille auri.

Reſpondit, ei licere ab ipſa emptione diſcedere.

Cum Magnificus D. Paulus Emilius Calculus, qui ſuam octauam partem vendere promiſit, & ſcutos bis mille quingentos auri pro parte pretij Magnificus D. Octauianus Serengus eius nomine in Ciuitate Mediolani receperit, non potuerit à Senatu Mediolani, neque à Rege Catholico licentiam vendendi obtinere.

Siquidem Conſtitutionibus Mediolani interdicitur omnibus cuiuſuis ſtatus per ſe, vel per interpoſitas perſonas, directè, vel per indirectum alienare aliquam rem immobilē, in Dominio Mediolani ſitam, nō ſubdito illius Dominij, ſub pęnā confiſcationis, atq; etiā nullitatis contractus.

Cumque & ego plurimum fuerim rogatus, vt ſi concluſio ab eo firmata, vera, & iuridica videretur, illam comprobare vellem; multis rerum ſuſceptarum oneribus quibus pręeditus eram poſthabitis; libentiſsime hoc conſulendi munus ſuſcepi.

Tum vt morem gererem ipſi Excellentiſsimo Produci, Viro nedum dignitate, ſed etiam familiæ ſplendore, prudentia, bellica virtute, atque alijs animi dotibus, & rebus præclare geſtis ornatiſsimo.

Tum præſertim ſtudio indagandæ, ac tuendę veritatis; cuius ſemper amantiſsimus fui.

Et quoniam materies præſentis conſultationis valde ſubtilis, frequens, & perplexa, quæſtioque explicanda pulcherrima eſt; Ideo, quæ ad illam ſpectant, plenius attingere, & pertractare decreui: vt in ijs, quæ quotidiana ſunt, fieri conſueuit, ex ſententia Pauli in l. legaui. de lib. leg. Papiniani. in l. iuſto. de vſucap. Iuſtiniani in l. vltim. in prin. C. de bon. quæ lib. Iaſonis in princ. l. vlti. C. de iure emphyt. Socini conſil. 16. in prin. 4. vol. Curtij iunioris in proœmio tract. de feudis. verſ. cum igitur. Ripæ in l. Centurio, in prin. de vulg. Iacobi de Bellouiſu in repet. §. contrahentes. c. Romana, nu. 1. de foro cōpet. in 6. Hormanoctij Deti in l. naturaliter. §. nihil cōmune. de acq. poſſ. in prin. Cagnoli in l. ſingularia, nu. 1. ſi cert. pet. in l. 2. nu. 1. C. de pact. inter emp. & vend. Pauli de Monte Picho in repet. l. Titia cū teſtamento. §. Titia cum nuberet, in princ. de leg. 2. Panthaleonis Galderij in l. 2. in prin. C. de reſcin. vend. Ferdinādi Loazes in l. filiusfamil. §. diui. in prin. de leg. 1. Caualcani in tract. de vſufruct. mul. relic. ſub nu. 1. & aliorum, quos ſciens prætereo.

Infraſcripta enim prima conſideratione ſeſe offerebant, quibus emptori ab huiuſmodi emptione diſcedere non licere, verius eſſe reſpondendum videbatur. nam.

PRIMO

PRIMO.

EX inſtrumento diei 21. Aprilis 1594. apparet, plures ac diuerſos fuiſſe venditores, & ſingulos ſuam octauam partem vendere promiſiſſe, ac quemlibet eorum ſcutos bis mille quingentos auri recepiſſe pro parte pretij.

Quo fit, vt vnus tantum contractus non cenſeatur celebratus, ſed plures.

1 Etenim ex diuerſitate, ac pluralitate perſonarum, † vt diuerſitas, pluralitasque contractuum arguetur, interpretatio ſumenda eſt. ſicuti ex Bartolo in l. ſi Stichum. §. vltimo, in princ. de nouat. obſeruat Iaſ. conſi. 87. num. 5. verſ. ſimiliter ex diuerſitate perſonarum. 3. volum. & apertius Clariſſ. & Acutiſſ. D. Io. Cephalus, olim Præceptor meus, omni ſuo laudandus, conſil. 425. num. 19. 3. volum. poſt Bartholomęum Socinum in l. non omnis. §. ſi pupillus, num. 5. & in l. ſi tibi, num. 6. ſi certum pet. & nouiſsime idem ſcribit Io. Petr. Surdus deciſ. Senat. Mantu. 176. ſub num. 8. Franciſ. Becius conſil. 92. num. 5. vbi Marianum Socinum, Ruynum, & Crauettam recenſet.

2 Et loquitur de † contractu locationis, cuius etiam meminit Alexan. conſil. 76. num. 2. 7. volum.

3 Quæ locatio † proxima eſt emptioni & venditioni, ijſdemque iuris regulis conſiſtit, vt legitur in l. 2. locati, & inſtit. titu. eodem, in princ. atque idem aſſerunt Gabriel. conſil. 73. in princ. volu. 1. Prætus conſil. 23. num. 26. 1. volum. & Surdus conſil. 150. num. 129. 1. volum.

4 Niſi contrarium † clare deciſum appareat ſecundum Ripam de priuileg. contrac. cauſa peſtis, ſub num. 51.

5 Fit etiam interpretatio, † quod aliquid promittens duobus, vel pluribus, videatur promittere ſeparatim, & cuilibet pro virili. l. reos. §. cũ in tabulis, vbi Ioan. Ronchegallus, num. 16. cum quadraginta ſex ſeq. quamplurimis ſimilibus cumulatiſsime confirmat, de duobus reis. l. ſi mihi, & Titio in princ. de verb. oblig. l. ſi proprietas, & l. ſi quis Titio, de vſufruc. accreſ. l. ſi fundus. §. ſi duo, & l. aliena res. §. ſi pluribus, de pignor. l. 1. C. ſi plures vna ſent. Bar. Bald. Ang. Caſtrenſ. Corne. Alex. Iaſ. Soc. Rui. Tiraquel. & D. Cephal. quos ſuis locis refert, ſequitur, & de communi omnium opinione fidem facit Burſat. conſil. 357. num. 3. & 16. & conſil. 378. nume. 7. & 8. 4. volum.

Quibus accedunt Dyn. Petr. Rayner. de Forli. Roma. Cuma. ex cõmuni, Imol. Aret. Bero. Bertran. Pariſ. Afflic. Alban. & alij memorati à

 Surdo,

Surdo, eorum ſententiam comprobante, conſilio 150. num. 34. 35. & 36. 1. volum.

Et præter eos idem ſcribunt Gaſpar Caballi. in tracta. diuidui, & indiuidui, in 3. par. ſub num. 115. Oſaſc. deciſ. Pedem. 140. num. 6. Rimi. iun. conſilio 167. num. 31. 2. volum. conſi. 306. ſub num. 14. 3. volum. Octau. Vulpel. de treug. & pace. q. 57. nume. 3. Anton. Pereg. de iuri. & priuil. fiſci, lib. 6. titu. 5. num. 36. Caualca. deciſ. 38. num. 3. par. prima. Hier. Magonius deciſ. Rotæ Lucenſis 9. num. 32.

6 Et in terminis † contractus venditionis, Tiraquel. de retrac. conuention. §. 1. glo. 6. num. 30. verſ. & facit, & num. 31. Anton. Gomez. Tomo 2. var. reſolut. cap. 12. ſub num. 1. verſ. quod tamen, iunctis præcedentibus verſiculis. Ludouic. deciſ. Peruſ. 112. num. 3. par. 2.

Et vltra eos Corne. conſil. 41. num. 3. volum. 3. Socin. conſil. 16. nu. 7. 4. volum. Ruyn. in l. ſtipulationes non diuiduntur, nu. 38. verſi. præterea, de verb. oblig. Ronchegal. in l. eandem, in princip. num. 43. cum ſeq. & num. 55. & in l. reos. §. cum in tabulis, num. 34. & 61. de duobus reis. & Cacher. deciſ. 140.

7 Ergo, tanquam contractus diuiduus, † licet vnus ex venditoribus ſuam octauam partem emptori non tradiderit, nihilominus quo ad alios exequendus videtur.

8 Ratio † eſt,

9 Quia in diuiduis † vtile per inutile non viciatur. l. 1. §. ſed ſi mihi, in fine, vbi Iaſon num. 7. cum quatuordecim ſeq. pluribus ſimilibus exornat. l. 2. §. ſi ſtipulanti. l. quæ extrinſecus, & l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtipulante in fine, de uerbor. obligat. l. ſed & ſi decem, de conſtit. pecun. l. ſancimus, in princ. C. de donat. & cap. utile, de regu. iur. in 6. cum alijs permultis à me allegatis conſil. 29. num. 162. 4. uol. & conſil. 38. num. 29. 5. uolum.

Et ex communi idem docet Vantius de nullit. in tit. de nullit. ex defec. iuriſdic. num. 35. uerſ. ſed ſi. Curti. iun. de feudis in 6. quæſt. ſecundæ par. princ. ſub nu. 10. Rimin. iuni. conſil. 298. nu. 32. uerſ. ad quartum. 3. uolum. Marcobrun. ab Anguil. conſil. 32. nume. 266. 1. volum. Magonius deciſ. Rotæ Florenti. 36. num. 3. & deciſ. Rotæ Lucenſ. 73. ſub num. 17. & Anchar. iun. q. 26. num. 2. lib. 2.

Ex quo infert, cum numeris ſequ. ad deciſionem illius quęſtionis, Si Prælatus concedit domum in feudum alicui recipienti pro ſe, & filijs maſculis, & fęminis; quę tamen erat ſolita infeudari tantum pro maſculis, an huiuſmodi conceſsio vitietur in totum, vel ſaltem ſuſtineatur, & valeat reſpectu maſculorum? Et concludit eam, tanquam diuiduam, valere

valere quo ad maſculos. ſecutus Baldum, Fulgoſium, Caſtrenſem, Alexandrum, & plures alios ab eo relatos, inter quos Iaſon, Decius, Curtius, & ipſemet Ancharanus hanc opinionem communem, ab eaq; minime recedendum eſſe affirmant, quam ante eum egregie tuetur Curt.iun.de feudis in 6.q.2.par.princ.num.10. cum quatuor ſeq.

SECVNDO.

CVm diuiſum ſit etiam pretium inter ſingulos venditores,
10 hoc quoque reſpectu debet interpretari † vt ſit diuiduus
11 ipſe contractus: Et quod factum vnius † alijs non præiudicet. quemadmodum in terminis venditionis, factæ à pluribus vni tantum, extat reſponſum Vlpiani in l.quod autem. §. vlt. in fine iuncta gloſ. vlt. de in diem addic.

12 Dum gloſ. verba † illius textus ibi (*ſi varijs precijs*) exponit, ideſt diuiſis.

Comprobatur hoc idem ex l. cum quidam. §. præterea, ibi (*pro ſingulis.*) C.de iure doti. vbi not. Bald. num.6.

Quod ſi in eodem inſtrumento contineantur plures res, & ſint pre-
13 tia diſtincta, † interpretandum eſt, plures eſſe venditiones. idem firmarunt. Barbat.conſil.36.num.18. 2.volum. Deci. conſil.421.nu.2. verſic.ſed in tali, & num.ſequen. Socin.iun.conſil.26.ſub nu.8. 1.vol. Surd.plures alias leges, & authoritates allegans, conſil.101.num.38. & conſil.150.num.114. 1.volum. Egidi.Boſsius in tit.de remiſs.merced. conduct.num.21. verſ. ſed ſi.

Quibus addo Ronchegallum in l.eandem.in prin. num.91.ex intentione omnium Doctorum, de duobus reis. Albam conſil.45.ſub nu.3. 1.vol. Antonium Gamam deciſ. Supremi Senat. Regni Luſitaniæ.349. ſub num. 2. & Caualcanum copioſe deciſ.8.num.10.verſic.hinc videmus cum numeris ſeq. par.2.

Qui per totam illam deciſionem probat, quod vendens bona allodialia pro certo pretio, & bona emphiteotica pro alio pretio, accedēte conſenſu directi Domini, & non aliter; ſi Dominus directi non vult prēſtare conſenſum, emptor non poteſt in totum à contractu diſcedere, ſed tenetur pretium ſoluere pro bonis allodialibus emptis; nec vēditor tenetur de euict. pro bonis emphiteoticis, ſi per eum non ſtetit: aliàs ſecus.

Cuius deciſio comprobatur ex ijs, quæ ex communi in ijſdem ferè terminis ſcribit Burſat.conſil.340.num.1.3.volum. licet ipſe ſuo in caſu aliter ſentiat.

TERTIO.

14 TOt interpretantur eſſe contractus, & obligationes † quot ſunt res, vel ſummæ in contractu deductæ, & compre-
15 henſæ; licet † ſub vna verborum conceptione exprimantur. l. 1. §. ſed ſi mihi Pamphilum. l. ſcire debemus. l. Titia. §. vlt. l. vbi autem non apparet. §. penult. l. quod dicitur, & l. pluribus. de verb. obligat. l. quia dicitur. de euict. l. pluribus. de acceptil. &. §. quoties. inſtitut. tit. de inut. ſtipul. quibus iuribus hanc veram, & reſolutiuam concluſionem dicit Ant. Gomez. variarum reſolut. Tomo 2. cap. 11. num. 16. & vltra eum idem late comprobant Iaſ. conſil. 87. in princ. verſic. moueor, 3. volum. Socin. iun. conſil. 26. num. 8. 1. volum. Ioan. de Amicis conſil. 114. num. 4. Ant. Gama deciſ. ſupremi Senat. Regni Luſcitaniæ 349. nu. 2. verſ. item pro hac parte, Caualca. plures allegans deciſ. 8. ſub num. 8. 9. & 12. par. 2.

16 Et Gomezius loco præcitato ait, idem eſſe † in vltimis volũtatibus.
Nam ſi teſtator legat plures res in vna eademq; clauſula, & oratio-
17 ne, † tot ſunt legata, quot ſunt res. allegat gloſ. Barto. & communiter Doct. in l. ſi ex toto. §. fin. per illum text. de leg. 1.

18 Concludit quoque idem † obſeruari in iudicijs.

19 Quia ſi in ſententia † contineantur plura capitula, tot ſunt ſententiæ, quot capitula. l. etiam. §. ex cauſa, vbi gloſ. Bartol. & communiter ſcrib. de min. l. Carmelia pia, quæ eſt lex vltima, de iure pat. l. quædam mulier. famil. erciſc. & l. quid autem. de recep. arbit.

Addo Decium conſil. 344. nu. 3. ver. ſecundus caſus eſt, Vantium de nullit. in tit. de nullit. ex defec. iuriſdic. ſub num. 35. & in tit. de nullit. ex defec. proceſ. num. 100. Franciſcum Becium conſil. 92. num. 4. Burſatum conſil. 176. num. 39. 2. volum. Fabium Turrettum conſil. 55. nume. 8. verſ. & licet; cum declaratione de qua per eundem ibi. 1. volum. Hieronymum Magonium, Baldum, Romanum, & Caſtrenſem recenſentem, deciſ. Rotæ Florentinæ 36. ſub nume. 2. & nouiſsime Surdum deciſ. Senat. Mantu. 176. ſub num. 8. ita ego quoque ſcripſi conſil. 38. num. 27. 5. volum.

20 Hoc idem obtinet † etiam in locatione ſecundum Franciſcum Becium, poſt alios ab eo relatos, in allegato conſil. 92. num. 3. & 4. & Caualcanum deciſ. 8. nu. 12. & 13. par. 2. vbi hanc opinionem approbantes allegat.

21 Similiter procedit in emptione & venditione, † vt ſcilicet in ea quoque locum habeat. d. l. ſcire debemus. de verbor. obliga. ſicuti aſſerunt

Bald.

Bald. in l.cum eiuſdem.de ędil.edic. Becius, & Caualcanus locis ſupra memoratis, & Surdus.d.deciſ.176. num.8.

22 Atque idem obſeruatur † in alijs contractibus ex ſententia Baldi in in d.l.cum eiuſdem, & conſil.475.1.volum.Becij, Caualcani, & Surdi vbi ſupra.

Hoc autem noſtro in caſu quilibet ex venditoribus ſuam octauam partem vendere promiſit, vt cuilibet etiam eorum aurei bis mille quingenti pro parte pretij ſoluti fuere. Ergo non vnus tantum, ſed plures contractus celebrati cenſentur: etiam ſi ſub eadem verborum conceptione videantur expreſsi.

23 Quamobrem illud conſequens eſt, quod ſi vnus vitiatur, † ſeu reſciſioni ſubiacet, atque deficit, alij tamen firmi debent remanere, & exequi. vt ex pluribus probat Gomezius de contract. cap.11.nu.16. verſ. cuius effectus eſt, cum verſ.ſeq.ac præter eum Deci.conſ.344.num.3. verſ. & tali caſu.

24 Et in terminis † venditionis, ſcribit ipſe Gomezius ſub dicto nume. 16.verſ.quartus effectus, qui adducit l.cum eiuſdem, cum l.ſeq. & ibi glo.Bald.Angel.Salyc.& Fulgoſ.de ędilit.edic.& l.ędiles.2. §.vltimo. eodem titu.

Addo Iaſonem in l.1.§.ſed & ſi mihi, num.21.de verbor. oblig. Decium in Auth.qui rem, nume.23.C.de ſacroſan.eccleſ.Curtium iuniorem ex communi, de feudis in 6.quęſt. 2.par.princ.num.11.in fine, & 12.Caſſaneum conſil.63.num.14.Burſatum conſil.191.ſub num.16. 2.volum.Marcabrunum ab Anguil.conſil.64.nu.20.1.volum. Caualcanum, poſt Fabianum de Mōte, Lambertegnum, Iacobum Berettam, & alios, deciſ.8.num.9.& ſeq. par.2.

Cum opinantur, & dicunt, quod vbi plura venduntur principaliter, & eſt ibi aliquid, quod vendi non poteſt, non reſoluitur venditio in omnibus, ſed tantum in re prohibita vendi.allegant l.domum. de contrahen.empt.gloſſam ſingularem, Abbatem, & alios in cap.querelam. de ſimonia.

QVARTO.

ACcedit l.cum plures, de euictio. Vbi licet vnum ſit inſtrumentum, & vna venditio, ſi tamen corpora rerum uenditarum ſint diuerſa, † vno euicto, ſit interpretatio, vt agatur, ac ſi plura eſſent inſtrumenta, & plures emptiones.
25

Ergo cum & in caſu propoſito corpora rerum venditarum diuerſa eſſe uideantur, attento, quod quilibet ex uenditoribus

ſpecialiter

ſpecialiter ſuam octauam partem (ut prædiximus) uendere promiſit, pro ea parte tantum, quæ tradita non fuit, aduerſus uẽditorem illam non tradentem, emptori ius competere debet, non etiam contra alios, perinde ac ſi plura eſſent inſtrumenta, & plures emptiones.

QVINTO.

IDem ſuadetur ex l. uxorem. §. agri plagam. de leg. 3. Vbi
26 ſi teſtator grauet hæredem uendere fundum duobus, † & unus partem ſuam emere uelit, alter uero non, hęres partem ſuam illi uendere tenetur.

27 Et ſic interpretantur, vt † inuitus incidat in cõmunionem. quam legem ad hoc perpendunt Alex. conſil. 126. nu. 2. 5. vol. Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur nu. 20. verſ. licet omnes. de verb. oblig. Ruinus in l. 4. §. Cato in 2. lectura ſub nu. 14. eod. tit. Cagnol. in l. 2. num. 102. verſic. contrariæ opinionis, C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraquel. de retract. conuent §. 1. gloſ. 6. ſub num. 30. verſic. nempe, & verſic. & licet. & Ludouic. deciſ. Peruſ. 112. num. 1. par. 2.

Qui etiam ibidem num. 2. addit aliud ſimile de ſtatuto diſponente,
28 quod locator non poſſit vendere rem locatam, † niſi prius denunciauerit conductori, an emere velit: ſi ſint duo conductores, & vnus noluit emere, fit interpretatio, vt alter pro ſua portione emere poſſit. quemadmodum reſpondit Alex. d. conſil. 126. in princ. & num. 1. & 2. 5. volum. & idem ſcribit Tiraquell. d. gloſ. 6. num. 30. verſ. & authoritate, & Caballinus in tract. diuidui, & indiuidui. par. 3. ſub num. 605.

Ergo etiam in propoſito dicendum videtur, quod etſi vnus ex venditoribus partem ſuam emptori non tradiderit, alijs tamen venditoribus promiſſa implentibus, pro eorum portionibus emptionem exequi teneatur: neque ab illa in totum diſcedere valeat: etiam ſi inuitus incidat in communionem.

SEXTO.

QVamuis contractus eſſet indiuiduus, interpretari debet
29 tantum indiuiduus † quo ad ſingulos, non autem quo ad
30 omnes: ideſt, † quod ſinguli venditores non poſſint partem tantum ſuæ octauæ partis tradere: non etiam quod ſi vnus eorum ſuam octauam partem non tradiderit, alij, ſuas portiones tradentes, à commodo contractus excludantur, & emptori

ptori liceat in totum ab emptione diſcedere.

Et huiuſmodi diſtinctio probatur ex l. ſi quis legata. §. duobus, & l. cui fundus, de condit. & demonſtr.

Vbi Iabolenus I. C. differentiam conſtituit inter conditionem dan-
31 di adiectam vni; † & illam, quæ pluribus adijcitur: & vult quod primo caſu non diuidatur: ſecundo vero caſu in ſingulas perſonas diuiſa cenſeatur.

32 Cum reſpondit, quod ſi teſtator vni fundum leget, † ſi decem dederit, partem fundi conſequi nõ poteſt, niſi totam pecuniã numerauerit.

33 Cæterum ſi eadem res ſub conditione dandi decem † legata ſit duobus, conditio in ſingulas perſonas diuiſa videtur: Et ideo ſinguli pro ſua parte & conditioni parere, & legatum capere poſſunt.

Confirmatur ex traditionibus Surdi, poſt alios ab eo relatos, conſil. 150. numero 72. primo volum.

Cum dixit, promiſsionem defenſionis eſſe indiuiduam habito reſpectu ad id, quod promiſſum eſt.

Nam ſi promiſſa eſt defenſio, tantummodo pro portione virili ſpectante ad vnumquemq; ſtipulatorem, erit pro illa portione indiuidua, nec ſufficiet præſtare pro parte.

SEPTIMO.

34 IN indiuiduis ea ſumitur interpretatio, † quod vbi plures tenentur ad aliquid non deſcendens ex cauſa hæreditaria, factum vnius alium non obligat, ſed ſolum contrafaciens obligatur. l. vltim. ad Syllanianum, & l. de pupillo. §. ſi plurium, de oper. nou. nuntiat. Bartol. in l. 4. §. Cato, ante numerum 7. in 4. oppo. cum quo tranſeunt Ludouic. Bologni. nu. 51. & omnes ibidem, teſte Hormanoctio Deto. num. 346. qui etiam refert Caſtrenſem, Alexandrum, & Iaſonem alibi idem firmantes, de verborum oblig. At ſic eſt in propoſito. Ergo &c.

OCTAVO.

35 EMptio & venditio † eſt contractus nominatus. l. ex hoc iure, de iuſtit. & iure. l. 1. & toto tit. de contrahen. empt. inſtit. tit. & C. & extra eodem. Burſat. conſil. 191. nume. 8. ſecundo volum.

36 In contractibus autem nominatis † fit interpretatio, vt non ſit locus

reſolu-

37 reſolutioni ſub prætextu contrauentionis: etiam † in ſubſtantialibus:
38 ſed agendum eſt, † vel ad implementum, vel ad intereſſe. l. ſicut. C. de acti.& obligat.l.inciuile, vbi Bald.& Salycet. C. de rei vendic.l. prima. vbi notant Doct.præcipuè Caſtrenſ.C.de acti. empt.l. in commodato. §.ſicut, commod.Bartol.in l.vltima.num.13.vbi etiam Iaſo. & alij, de condit.ob cauſ.Crot.conſil.75.num.19.primo volum.Ludouic.deciſ. Peruſ.53 num.4.par.1.& Franciſ.Becius,alios accumulans,conſi.45, numer.1.& 2.

Idem, vltra eos, reſponderunt Alexan.conſil.212.num.2.volum.2. Ruyn.conſil.128.in fine.5.volum.Alciat.conſil.108.numer.5.Natta conſil.219.numero 5.primo volum.Gabrielius, alios allegans, conſil. 51.numero 11.primo volum.Rota Genuenſis deciſ.56.nume.6. & M. Ant.Eugenius conſilio 29.numero 29. primo volum.

Ergo licet vnus ex venditoribus contraueniat, non tradendo ſuam octauam partem, reſolui tamen non poteſt contractus, ſed emptor ad implementum, vel ad intereſſe agere debet.

NONO.

39 EMptori non licet † ab emptione diſcedere: etiam ſi † tota
40 res empta ei à venditore non tradatur: niſi defectus tradi-
41 tionis † ſit in tota ipſa re, vel maxima eius parte: ſi vero vel dimidia pars, vel minor, quam dimidia deficiat, ſumitur interpretatio, vt cogatur emptor venditionem ad-
43 implere: æſtimatione † boni viri arbitratu habita, vt quod ex pretio propter defectum huiuſmodi partis decreſcere fuerit inuentum, ab huius præſtatione liberetur. vt eleganter reſpondit Paulus in l. domum, de contrahen.empt.

Et conferunt alia iura, & authoritates, quas in terminis contractus
44 locationis, † vt non reſoluatur, niſi contrauentio reſpiciat totam rem, vel maximam eius partem, congerit Beci.conſil.45.num.2.

At præſenti in caſu defectus traditionis rei venditę eſt minor, quam dimidia, cum ſit tantum in octaua parte. Ergo &c.

DECIMO.

45 REm tradi † quando eſt in obligatione ex contractu emptionis, interpretatur quod ſit diuidua obligatione, & indiuidua ſolutione. vt docet Ruyn. in l. ſtipulationes non diuiduntur, nume.30.& in l.4.§.Cato, in 2.lectura, num.13.verſic. ſed quidam, de verbor.

verbor. obliga. vt etiam meminit Hormano&. Detus eodem in loco ſub num. 222. idem opinatur, & nonnullos alios allegat Fabi. Turret. conſil. 8. numero 84. 1. volum.

At ſic eſt in propoſito, Ergo ſinguli venditores ad traditionem rei venditæ dumtaxat pro virili obligati cenſentur.

Et propterea, vno ex illis portionem ſuam non tradente, alijs pro parte ſua contractum implentibus, præiudicium inferri nõ debet, quin contractus ſuum ſortiatur effectum.

46 Et præſertim, quia, ſecuta ſolutione partis pretij, † dicitur ita perfe-
47 cta venditio, vt ab ea diſcedere non liceat; niſi † de conſenſu vtriuſque partis. l. 1. & 2. C. quando liceat ab empt. diſce. quibus iuribus ita ſcribit Gozad. in l. 2. nume. 84. in fine, & 85. C. de pact. inter empt. & vend.

Et cum interuentu actus ſimilis priori, vt ſancitum eſt in dicta l. 1. ibique notant communiter ſcribentes, & glo. vltima. in l. 2. verſic quia. C. quand. lice. ab emp. diſce. Doct. in l. ab emptione, per illum textum, de pact. in cap. 1. de regu. iur. in antiqu. l. nihil tam naturale. ff. eodem & l. ſicut cum alijs legibus ibidem allegatis, in gloſ. vltima. C. de actio. & oblig. Oſaſc. deciſ. Pedem. 34. num. 5. & Ozerius inſtit. titu. de empt. & vendit. in rubr. num. 2.

Qui inſuper ibidem nume. 3. plures enumerat caſus, in quibus ipſius venditionis, & emptionis contractus ab initio nullus cenſetur.

Pars autem pretij in caſu noſtro fuit ſoluta, ergo &c.

48 Et triplicem venditionis † perfectionem ponit, eamq; declarat gloſſ. prima. inſtitut. tit. de empt. & vendit. in princip. & in l. 1. in verbo perfectam. C. de peric. & commo. rei vendit. Afflict. Deciſ. 280. num. 4. & 5. Iacob. Nouel. de iure prothomis. §. 7. num. 16. D. Decia. conſil. 64. num. 32. 3. volum. & vltra eos Deci. conſil. 178. alias, 179. num. 3. Surdus conſil. 52. num. 56. 1. volum. D. Menochi. in 15. remed. recup. poſſ. num. 127. Gabriel. conſil. 64. num. 6. 1. vol.

VNDECIMO.

49 Venditor, qui, abſq; dolo ſuo, rei tradendæ facultatem non habet, † præciſe tradere cogi non poteſt, ſed fit interpretatio, vt tantum ad intereſſe teneatur; & illud ſoluendo liberetur. l. 1. in princip. l. ex empto. §. vltimo. ver. idem Neratius, de acti. empt. & l. 4. C. eodem. gloſ. in §. pretium in verbo tradatur, quam ibidem ſequitur Aret. num. 8. & communiter ſcrib. inſtit. tit. de empt. & vendit. & hanc opinionem communiter

muniter approbatam dicit Ruin. in l. ſtipulationes non diuiduntur, numero 30. verſic. hinc eſt. Socin. iun. num. 427. & 428. de verb. oblig. quam etiam ſequuntur, & alios idem firmantes commemorant Tiraquel. pro communi, de retract. conuent. ad finem tituli num. 56. verſ. & quod. Eguinarius Baro. de diuid. & indiuid. oblig. lib. 3. cap. 5. nu. 13. in fi. & 14 & lib. 4. cap. 7. num. 3. Plot. ex communi in tract. de in lit. iur. §. 4. num. 66. Ant. Burgos, qui pariter de communi atteſtatur, in rub. extra de empt. & vend. num. 3. Ant. Gomez. var. reſolut. Tomo 2. cap. 2. num 20. in 2. princ. limit. verſ. confirmatur, Burſat. conſil. 139. num. 9. & 10. 2. volum Surdus ex magis communi, poſt plurimos ab eo memoratos, conſil. 13. num. 25. & conſil. 19. num. 5. 1. volum. & deciſ. Senat. Mantu. 253. num. 3.

At hoc in caſu vnus ex venditoribus, abſq; dolo ſuo, non habet facultatem tradendi ſuam octauam partem.

Cum per conſtitutiones Ducatus Mediolani prohibeatur ne poſsit alienare in non ſubditum illius Ducatus: Et ipſe, vt ſibi alienare liceret, licentiam à Mediolanenſi Senatu, neque à Rege Catholico obtinere non potuit.

Ergo contractus de quo agitur, reſolutioni non debet ſubiacere: ſed per emptorem ad intereſſe agendum eſt, & ſolutione huiuſmodi intereſſe venditor ipſe erit liberatus.

50 Et hæc impoſsibilitas tradendi dictam octauam partem † facit ceſſare illud abſurdum & inconueniens, quod deſumitur ex l. in executio-

51 ne. † §. pro parte, de verbor. oblig. Vt ſcilicet pro parte res tradatur, & pro parte ſoluatur intereſſe, vt in ſpecie declarat Hormanoctius Detus in d. l. 4. §. Cato, num. 209. in fine, & ſeq. de verbo. oblig. & idem aperte colligitur ex l. in re furtiua. 2. de condit. furt. & l. qui reſtituere. de rei vendic.

Quamobrem receptum videmus, quod etſi regulariter aliud pro a-

52 lio † inuito creditore ſolui non poſsit. l. 2. §. mutui datio. ſi certum pet. vbi glo. vltima alias leges idem probantes allegat.

53 Solui tamen poteſt † ratione impoſsibilitatis, ſeu neceſsitatis. l. ſi domus. §. qui concubinam. de leg. 2. & l. non dubium, in fine, de leg. 3.

Et ita præciſe dictam regulam reſtringunt, atque declarant Bald. in l. non amplius. §. vltimo. verſic. circa quod. de lega. 1. & poſt eum Hormanoc. Detus in dicto §. Cato, numer. 210. in fine, & 211.

Addo Bartolum in dicto §. mutui datio, num. 21. verſ. ſecundo caſu, Iaſonem num. 8. verſ. iſta regula, & verſ. ſecundo fallit. Decium in 1. lectura, num. 9. verſ. reliqua, Hieronymum Butigellam, & Thomam Par-

paliam,

paliam, num.12.verſ.limita tamen,atque alios ibidem.

Videmus etiam promittẽtem ſe facturum, & curaturum excuſari ob difficultatem ſecundum Iaſonem, Decium, Grammaticum, Afflictum, & alios, quos refert, ſequitur, & communem dicit Anton. Gama deciſ. ſupremi Senat. Luſitaniæ 32.nume.2.in fine, & 3. & ante eum idem ex communi reſpondit ipſe Deci.conſil.312.aliàs 313.ſub num.2.

54 Quinimo ſi dictus venditor † tradendi ſuam octauam partem facultatem haberet, adhuc ad tradendum præciſè cogi non poſſet, ſed ea ſumenda eſſet interpretatio, vt liberaretur ſoluendo intereſſe.

Cum non vendiderit, ſed vendere promiſerit.

55 Ratio † eſt.

56 Nam obligatus ad uendendum, † dicitur obligatus ad merum factũ, ut firmarunt Gozad.in l.2.nu.23.uerſ.ſi ergo, Cagnol.nu.129.uerſ.ad oppoſitum, C.de pac.inter emp.& uend.Bero.conſ.15.nu.57.3.uol.& prius cõſ.115.nu.18.1.uol.Rol.à Val.cõſ.69.nu.13.& ſeq. 3.uol. Theſaur. deciſ.Pedem.233.nu.6. & Hier.Magonius deciſ.Rotę Lucenſ.95.nu.5.

57 Ea † ratione.

58 Quia contractus † eſt facti. l. conſilio in fine, de cur. fur. cum ſimilibus congeſtis à Petro Gregorio Tholoſano in Syntagmate iuris uniuerſi, lib.26 cap.2. num.15.uerſ.contractus, & Burſato conſil 176 num. 29 in fine 2. uolum.

Atque in terminis uenditionis idem ſcribunt Fabianus de Mõte, de emp.& uend.in 3.q.prin.nu.47.Soc.iun.in Rub.de uerbo.oblig.num. 386.Eguinarius Baro.de diuid.& indiuid.obliga.lib.2.cap.7.nu.4. & Io.Vincent.Hondedeus conſil.52.nu.9. 1.volum.

59 Et in obligationibus facti, † poſt moram, ſuccedit obligatio ad inte-
60 reſſe, iuribus infra proximè allegandis: non priuatiuè, † vt tollatur obligatio ad ipſum factum: nec cumulatiuè, vt teneatur ad factum, & intereſſe, vt vtrunque poſsit exigi: ſed ſuccedit alternatiuè, ut creditor poſt moram poſsit agere ad ipſum factum tantum, uel ad intereſſe tantum. Quemadmodum ex communi declarat Gomezius de contract. capit.10.numero 21.

61 Et debitor præciſè non tenetur, † ſed liberatur ſoluendo intereſſe, l.ſtipulationes non diuiduntur, uerſ.Celſus, de uerb.oblig.§.non ſolum res, inſtit.tit.eod. & l. ſi quis ab alio.de re iud.cum pluribus cumulatis à Socino conſ.16.nu.17. 4.uol.Gomezio d.c. x. ſub num.21.ubi de communi opinione atteſtatur, quam etiam cõmunem dicunt Franciſ.Turzanus in lib. cõmunium opinionum, opin.39.Emanuel Soarez in Theſauro recep. ſenten. litera F, nume.3.& in hoc omnes conuenire aſſerit

Bolognettus in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, nu.68.Caſſane.conſil.57.nu.6.Iacob.Emilia, conſ.103.nu.16.Burſat.ex communi conſ. 204.num, 24.2.volu.Rimin.iun.conſ.575. nu.3.5.vol. Fabi. Turret. ex communi omnium ſententia, conſ.93.num.16.1.volu.Marcobrun. ab Anguil.conſ.105.nu.107.cum numeris ſeq.1.vol. M.Ant.Eugenius conſil.80.num.7.primo volum.Magonius deciſ.Rotæ Lucenſ.95.ſub nu.5.& nouiſsime Surdus, plures congerens, deciſ.Senat.Mantu.306. numero 6.& 7.

62 Quæ opinio procedit † agendo, non autem excipiendo, & retinendo, vt declarat D.Cephal.conſ.658.nu. 30. 5.volum.

63 Ex quo infert ibidem num.31. quod ſi emptor † rem haberet, poſſet
64 eam retinere: nec venditori † liceret ſoluere intereſſe, & liberari.

Subdit quoque poſt Socinum conſ.99.in fine 1.vol & conſ.90. nu.
65 8.& 9.4.volu.ita limitari † regulam d l. 1.de acti.emp.nec aliter ſenſit idem D.Cephal.conſ.272.num. 116. vſque ad num.121.quem etiam refert & ſequitur Burſat.conſil.100.nu.36.in fine. 1.volum.

Et Antonius Gomezius de contrac.d.cap.x. ſub nu.21.vult, quod li
66 cet creditor † petat ſolum factum, nihilominus Iudex poſsit condemnare debitorem ad factum, vel intereſſe.

67 Et ſi iudex † condemnaret debitorẽ ad ſolum factum, is poſtea in executione poterit ſoluere intereſſe, & erit liberatus ab obligatione facti.

Addo huius rei cauſam colligi ex multis cumulatis à Surdo deciſ. Senat.Mantu.306. num.7.

Cum inter cætera probat, Intereſſe ſuccedere loco eius, quod erat præſtandum, ac vnum & idem reputari.l. ſtipulatus es opus, de fideiuſ. Barto.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, num.40.in fine, de verbor. oblig.Areti conſil.83.num.3.Deci.conſil.2.num.8.& alij à Surdo vbi ſupra relati.

68 Ratio autem † quare in obligationibus facti, poſt moram, ſuccedit obligatio ad intereſſe, multiplex affertur à Bartolo in d.l.ſtipulationes non diuiduntur, in x. oppo.num.13.& alijs ibidem.

Sed illa (teſte Socino iuniore eodem in loco, qui etiam à nonnullorum impugnationibus eam egregie tuetur, nu.14.197.& 198.) magis communiter à Doctoribus recepta eſt.

69 Quia poſt moram facilè eſt, quod † ſtipulatoris amplius non interſit
70 fieri: Propter quod lex † interpretatur, vt qui ſtipulatur factum, in eius defectum videatur ſtipulatus intereſſe, & ita etiam promiſſor promiſiſſe.idem ex communi poſt gloſſam, Bartolum, Baldum, & Bologninũ, ſcribit Bolognettus in eadẽ l.ſtipulationes non diuiduntur, ſub nu.68.

Quo

71 Quo fit, vt ipſum intereſſe, † poſt moram dicitur eſſe in obligatione, & petitione. vt probatur ex ipſamet. l. ſtipulationes non diuiduntur, iuncta glo. in verbo oportere, vbi etiam cęteri ſcribentes, pręcipue Socin. iun. nume. 191. & 192. qui iſtam concluſionem communiter approbatam eſſe affirmat.

72 Et hoc receptum eſt † tam fauore creditoris, quam debitoris: vt † ip
73 ſe debitor in plus non grauetur, quam ſtipulatoris interſit. Sicuti ex mente Bartoli declarant idem Socinus iunior ibidem num. 401. & Bolognet. num. 76.

Addo rationem eſſe, Quia impoſsibile eſt actionem quæri ad intereſſe, niſi ei, cuius intereſt. vt ait Caball. in tractat. diuidui, & indiuidui par. 1. num. 31. in fine.

74 Quod vero promittens vendere, † ſi vendere non vult, præciſe cogi non poſsit, ſed ſoluendo intereſſe liberetur. in terminis ita reſponderũt Corne. conſ. 256 nu. 11. 4. vol & Alex. conſ. 232. nu. 9. & 10. 6. volum. quos ſecuti ſunt Doctores relati à Theſauro, qui cum illis reſidet, deciſ. Pedem. 233. num. 6.

Et vltra eos, Bero. conſil. 15. nu. 68. 3. vol. vbi poſt Alexandrum, hãc opinionem veriorem eſſe affirmat. quam etiam tuetur idem Bero. cõſ. 155. nu. 18. 1. volu. Tiraquel. de retract. conuent. ad finem tituli, nu. 56. verſ. tamen is, vbi eiuſdem ſententiæ Angelum Aretinum, Iaſonem, & Decium recenſet.

Quam etiam approbant Surd. conſil. 52. num. 16. 1. vol. Ludouic. ex magis communi, in ſuis concluſionibus concl. 72. in 1. ampliat. ver. verior tamen. Magonius deciſ. Rotæ Lucenſ. 95. nu. 3. & Ant. Gama deciſ. Supremi Senat. Luſitaniæ 371. num. 1.

Vbi præterea ante ipſum numerum primum concludit, quod de iure à promiſsione de vendendo alter contrahentiũ reſilire poteſt, etiam ſi promiſiſſet cum iuramento vendere.

His accedunt Rolan. à Val. conſ. 69. nu. 13. 3. vol. & Rimi. iun. conſil. 51. num. 13. 1. vol. vbi eiuſdem opinionis refert Pinellum & alios, & conſil. 166. nu. 1. Burſat. conſ. 100. nu. 38. 1. vol. & conſ. 254. nu. 3. vol. 3. Io. Vincent. Hondedeus conſ. 52. nu 37. & 51. 1. vol. idem docent Gozad. in l. 2. C. de pac. inter emp. & vend. nu. 28. in fine, & 29. & Cagnol. ſub num. 129. ubi Socinum, Curtium, & alios eandem opinionem tuentes commemorat, atq; illam communem profitetur, quam etiam comprobat ibidem ante num. 163. uerſ. quia per promiſsionem.

75 Dicens, quod per promiſsionem de uendendo, † nullum ius reale, & dominium acquiritur, ſed ſolum ius perſonale, ſeu actio in perſonam:

76 per quam † contra promiſſorem nolentem uendere ſolum ad intereſſe agi poteſt.l.ſi ſterilis.§.ſi tibi fundum, de acti. empt.

Et ante eum ita docuit Iaſ.in l.in bonæ fidei,nu. 3.uerſi. vtilitas, de eo quod cert.loco,ad idem allegans.l.qui fundum,de contrah. emp. & Angelum conſ 184.in vltimo dubio.idem reſponderunt Rolan.à Vall. conſ.69.nu.19. 3.uol. Gabriel.conſil. 4. nu.11.1. uolum.& Surd.conſ 52. nu. 21. 1. uolum. atque ita etiam ſentiunt Doctores ſupra memorati.

Quomodo autem huiuſmodi intereſſe probetur, ac quid,& quãtum continere poſsit,declarat Corne.conſ. 256. num. 11. 4.uolum. quem ſequitur Cagnol.in d.l.2.nu.130. verſ. quid autem, C. de pact.inter emp. & uend.addo Plottum ex communi,alios recenſentem,in tract.de in litem iur.§.4.nu 58.& 66.cum ſeq. Burſatum conſ.100. nu.39.1.uol. Riminaldum iuniorem conſ.166.ſub nu.1.& 2 uolu.2.Ludouicum in ſuis commun.concluſionibus concluſ.72. uerſ.& dictũ intereſſe.& Gabrielium in tit.de emp. & uend.concluſ.2.ſub num 29.

Qui etiam per totam illam concluſionẽ duodecim ampliationibus, & ſexdecim limitationibus explicat regulam.l.quoties.C.de rei uẽdic.

Quando ſcilicet in reuendita duobus,ſecundus emptor, cui res ipſa primo eſt tradita?priori emptori præferatur,uel non, quam regulã, ultra eum,declarant etiam alij plurimi,quos congerunt, & ſequuntur Alphanus collectan.iuris 189.Fabian.de Monte,de emp.& vend.in 6. q.prin.nu.45.Burſat.dicto conſi.100.nu.25.& ſeq.1.volu. Fab. Turret.conſil.93.nu.53.1.vol.Rota Peruſ.deciſ.vnica, nu.33.impreſſa in fine 2.volu.conſiliorum eiuſdem Turretti,& plenius Ant.Gomezius, qui etiam duas huiuſmodi regulæ affert rationes, tomo 2. vari. reſolu. cap.2.num.20. & Soarez ibidem in Add.ſub litera E, F, G. Natta conſil.171.num.4. primo volum.

DVODECIMO.

COnfirmatur ex deciſione Ruyni in l. 4.§. Cato, de verbor.
oblig.in 2.lectu.nu.14. firmantis; quod ſi duo rem com-
77 munem alicui vendiderint, & emptor † illã ipſis duobus,
intra certum tempus, retrouendere promiſerit, & vnus
velit partem ſuam reemere,alter non,fit interpretatio,vt
cogatur emptor reemere volenti partem ſuam retrouendere.

78 Etiam ſi obligatio † coniunctim in perſona vtriuſque venditoris ſit concepta.

Et,præter Ruynũ,idẽ ſcripſerunt Obertus,& Cremenſis,Doctores

antiqui

antiqui in l.ſi legato. §. ſi Stichus, de manum. teſta. per illum textum, & in l.legatarius, in princip. de leg. primo, nec non in l. cui fundus, de cond. & demonſt. vt meminit Ludouic. deciſ. Peruſ. 112. num. 3. par. 2, vbi etiam allegat Bertachinum in ſuo Repert. in verbo, Emptor retrouendens verſ. tertio, dicentem ita conſuluiſſe Senis, & in verbo obligatus, verſ. 125. idem firmat Rubeus conſil. 90. num. 1. verſic. eſt verum, vt nonnulli Repetentes eandem ſententiam tuentur, vt meminit Rocheḡallus in l. eandem, in princ. num. 82. in fine, de duobus reis.

Et Ruynus loco præcitato concludit, quod tam emptori, quam ven-
79 ditori tantam vtilitatem † affert pars reſpectu partis, quãtam totum reſpectu totius.

80 Subdens nec etiam refragari, † quod non fuiſſet partem empturus, l. ſi quis aliam, de ſolut. l. quod autem, cum legibus ſeq. de in diẽ addic.

81 Quia ſibi eſt imputandum, † ſi duobus retrouendere ſe aſtrixit: atq;
82 ita cuiq; † pro parte ſe obligauit, argumento l. reos. §. cum in tabulis, de duobus reis, ſicuti refert etiam Cagnol. in d. l. 2. ſub num. 102. verſ. nec obſtat, & verſ. neque refragatur. C. de pact. inter empt. & vend. & & Bolognet. in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 120. verſic. nec obſtat quod, de verbor. oblig.

Ergo eadem ratione etiam in caſu propoſito dicendum eſt, quod
83 cum emptor à pluribus emere † ſe obligauerit, & conſequenter à quolibet eorum pro portione ſua, ſi unus ex uenditoribus partem ſuam tradere noluerit, uel non potuerit, nihilominus alijs uenditionem, per traditionem ſuarum portionum, perficere uolentibus, contractum implere, & exequi cogatur: nec ei, quo ad illos, ab ipſo contractu diſcedere liceat.

84 Ratio † eſt.

85 Quia emptor, & uenditor † ſunt correlatiua.

86 Et quicquid diſpoſitum eſt in uno, † ſibi locum uendicat etiam in alio. l. cum emptor, in princ. de reſcind. uend. l. bona fides, de act. empt. l. ſi duo patroni. §. ſi quis iurauerit, de iureiur. & l. ultima, de acceptil. gloſ. Bartol. Geminia. Panormitan. Cuman. Areti. & Doctores, quos ſuis locis refert, & ſequitur Brunus in Repertorio ſuper cõſtit. decret. & ſtatut. in uerbo Vendere, uerſic. ſi ſtatutum imponit.

Et cumulate idem comprobant Iaſ. in l. ulti. nu. 17. C. de indic. uid. tol. & in l. in bonæ fidei, paulo ante nu. 5. uer. cum in correlatiuis, de eo quod cert. loco. Euerard. in loco à correlatiuis ſub nu. 9. Fabianus de Monte, de emp. & uend. in 2. q. princ. num. 32. & 33. & Plottus ex communi quam plures allegans, de in litem iuran. §. 4. nu. 77. in fine, & 78.

Eandem ſententiã ſequitur, & copioſe confirmat D. Menochi, conſ. 136. num. 9. cum tribus ſequen. 2. volum. etſi ibidem tantum adducat Geminianum, Imolam, Nellum, & Decium eam tuentes, & conſil. 300. nu. 56. 3. vol. Ioannem de Annania in c. in ciuitate, de vſuris.

Et, vltra eos, idem ſcripſerunt Cagnolus (qui Iaſonem alibi, quam vbi ſupra, Socinum, & Felinum recenſet) in l. 2. num. 54. C. de reſcin. vendit. Franciſ. Zoanettus, de empt. & vendit. ſub pacto retrouend. num. 110. Franciſ. Solſon. in Lucerna Laudemiorum cellula. 8. num. 3. Ioan. Caraf. de Simonia mentali verſ. Simonia, num. 31. Viuius pro communi, plures commemorans, lib. 1. opin. 284. ſecundum vnam impreſsionem, & ſecundum aliam eſt in verbo Spoliatus, verſ. ſtatutum contra venditorem. Emanuel Soarez, pariter huiuſmodi opinionem communem dicens, in Theſauro recept. ſenten. litera V. num. 30.

Quam ſecuti ſunt etiam Ronchegal. in l. eandem, in princip. num. 43. de duob. reis. Archar. iun. quæſt. 51. num. 29. libro 3. & Surd. conſil. 101. ſub num. 6. 1. volum. quo fit vt ex his perſpicuum ſit, eam nedum communem, ſed receptiſsimam eſſe.

Et comprobatur ex pluribus à me allegatis conſil. 25. num. 3. & ſeptem ſequen. 2. vol. & conſil. 39. nu. 87. cum vndecim ſeq. 5. volum.

Hæc ſunt, quæ animum meum præcipue mouebant, ne ſubſcriberem concluſioni Præſtantiſsimi D. Conſulentis.

Sũmo tamen ſtudio omnibus perpenſis, & exactius conſideratis, illiſque, & alijs ſimilibus, quæ excogitari poſſent, minime refragantibus, & concurrentibus ijs, quæ ex memorato inſtrumento controuerſi contractus colliguntur, concluſio ipſa veriſsima mihi videtur, & amplectenda.

Quam, vltra eum, confirmo infraſcriptis rationibus, & fundamentis, &c.

PRIMO.

EX notabili deciſione Caſtrenſis, in l. in bonæ fidei, num. 3. de eo quod cert. loco, vbi in terminis ipſe probat.

87 Eum, cui facta eſt promiſsio vendendi, † & qui aliquid ſoluit promiſſori pro venditione futura, poſſe pænitere, & non emere, ac ſolutum repetere.

88 Etiam ſi non ſtat † per promiſſorem quominus vendat.

Subdens

Subdens hæc formalia verba, (*tene menti, quia defendi per hoc vnum militem de vno magno labyrintho, in quo ſe inuenit: quia non caute contraxit, nec habuit bonum conſilium peritorum.*) Et Caſtrenſem ſecuti ſunt Boer. deciſ. 48. numero 11. Natta conſil. 384. num. 14. 2. volum. D. Decia. conſil. 4. numero 23. 2. volum. Ludouic. in ſuis commun. concluſionibus, concluſ. 72. in 4. ampliat. Anton. Gama. in deciſionibus ſupremi Senat. Regni Luſitaniæ, dicens ita iudicatum per Præſidem illius Curiæ.

Atque habere locum, etiam ſi in promiſsione vendendi appoſitum eſſet iuramentum. Idque ratione confirmat, deciſ. 371. præcipuè num. 1. Surd. plures allegans conſil. 52. num. 18. & 19. 1. volum. vt merito fatendum ſit, huiuſmodi opinionem eſſe communiter approbatam.

89 Ratio † eſt.

90 Quoniam aliud eſt vendere, † aliud per ſtipulationem de vendendo promittere. vt cumulate probat, ac de communi, & ſequenda in iudicando, & ſecundum quam vidit pluries iudicatum per Senatum, atteſtatur Teſaurus deciſ. Pedem. 233. num. 5. & eiuſdem ſententię ſunt etiam Doctores ſupra relati.

Quibus addo quamplures alios, quorum mentionem faciunt, & eos ſequuntur Bero. conſil. 156. num. 12. 2. volum. & conſil. 62. nume. 25. 3. volum. Caccialup. in tract. de pactis. §. ſexto quęritur, nu. 45. Brunus ſuper ſtatut. quod ſtant. maſcu. artic. 6. numer. 219. Gozad. in l. 2. num. 21. cum ſeq. & Petrus Monchada ibidem in addit. in ver. promiſſio de vendendo, Zoannettus nume. 74. C. de pact. inter empt. & vend. Caſſane. conſil. 39. num. 97. & conſil. 63. num. 59. in fine cum numeris ſeq. Phanutius de dote. §. 2. nu. 23. Capycius deciſ. 155. nume. 6. cum ſeq. Carpan. ad ſtatuta Mediolani. cap. 420. num. 4. par. prima. latiſsimè Burſatus, & ex communi omnium opinione, conſil. 100. num. 1. volum. 1. Ludouic. ex communi dicta concluſ. 72. in princi. vbi hanc opinionē multis ampliationibus, & limitationibus exornat. Anchar. iun. quęſt. 39. num. 2. lib. 1. M. Ant. Eugenius conſi. 7. nume. 14. 1. volum. Io. Vincentius Hondedeus conſil. 52. numer. 6. primo volum. Et vltra eos, Grammat. deciſ. 103. num. 190. Crauet. conſil. 76. nume. 5. verſic.
91 nec obſtat, vbi præcisè declarat procedere, † quo ad inducendum obligationem.

Addo D. Menochium conſil. 122. nume. 22. 2. volum. & D. Cephalum conſil. 329. num. 84. 3. volum. & conſil. 458. num. 53. 4. volum.

92 Vbi tamen num. 54. declarat obtinere, † niſi ſequatur rei traditio.

93 Ratio † eſt.

Nam

94 Nam ſecuta traditione, † eſſet in effectu venditio: Et nihil † ab ea
95 differret, ex ſententia Bartoli, in l. ſub conditione, in fine. de ſolut. Socini, in l. ſi ante nuptias num. 2. verſic. ſed iſtis non obſtantibus, ſolut. mat. conſil. 170. num. 2. & conſil. 172. per totum maxime nume. 13. 2. volum. Ruini conſil. 47. 4. volum. Gozadini conſil. 90. numero 14. & Tiraquelli, de retract. conuent. §. fin. num. 67. & 82. Ludouici d. concluſ. 72. in 8. limit. poſt Decium, & Menochium ab eo relatos.

96 Dummodo † ſolutum etiam fuiſſet pretium, vel de eo † habita fi-
97 des. vt volunt pleriq; ex Doctoribus præcitatis, & Bald. conſil. 452. 2. volum. Syluan. conſi. 49. numero 10. idem ſcribit D. Cephal. conſil. 315. num. 3. volum. 3. & Theſaurus d. deciſ. 233. num. 10. vbi nonnullos alios allegat, & aſſerit cum hac limitatione ſępius tranſiuiſſe Senatum, & nuperrime in cauſa Sauiæ, & Granæ, 1589. 12. Decembris. Franciſ. Zoannettus, de empt. & vendit. ſub pacto retrouend. numero 85. & Burſat. conſil. 254. num. 30. 3. volum.

Habere autem fidem de pretio nil aliud eſt, quam credere emptori, quod ſoluet, ſi præſentem non habet pecuniam. vt declarat Petrus Gregorius Tholoſanus in Syntagmate iuris vniuerſi. part. 3. libro 25. cap. 12. ſub num. 5.

Veluti, cum venditor ei tempus ad ſoluendum indulget. vt ex recepta ſententia, poſt Angelum, Alexandrum, & Soarez, Ego firmaui conſil. 31. num. 82. 2. volum. nunc addo l. 3. C. de pact. inter empt. & vendit. l. ad ſolutionem. C. de re iud. gloſſa penult. in l. inciuile. C. de rei vendic. & in l. quod vendidi, de contrahen. empt. quam ſecuti ſunt Bart. in l. 1. num. 8. verſic. qualiter autem. C. de fide inſtrumen. & iure haſt. fiſca. lib. 10. Caſtrenſ. in d. l. inciuile, num. 2. Natta conſil. 171. num. 5. 1. volum. Nicaſius, & alij in §. venditæ, num. 4. verſic. & videtur. inſtitut. tit. de rerum diuiſ.

In dubio etiam dicitur habita fides de pretio, ſi venditor ſimpliciter rem tradidit emptori, & nihil dixit, vel excepit. ſecundum gloſſam in d. l. quod vendidi, & in allegato. §. venditæ, quam vtrobique Doctores communiter ſequuntur, & Dec. in l. cum quid, in vltima lectura num. 48. ſi certum petat. Natta d. conſil. 171. num. 6. & de hac communi fidem faciunt Portius, & Apoſtilla ad gloſſam in prædicto. §. venditæ, in uerbo emptoris, & Fabianus de Monte, de empt. & vendit. in 5. quæſt. princ. num. 37. licet ipſe, multis rationibus, ab ea diſſentiat.

Quæ etiam declaratur ab Aretino in d. §. uenditæ, num. 2. uer. ſin autem, & Decio in memorata l. cum quid, in ult. lectura, ſub num. 48.

At hoc in caſu, poſt promiſsionem uendendi, & emendi, non eſt ſecuta traditio omnium bonorum uendi promiſſorum, immo pro octaua parte fieri non poteſt: nec totum pretium fuit ſolutum. Ergo &c.

98 Hinc eſt, quod ſtatutum, † ut de qualibet uenditione ſoluatur Gabella, non habet locum in pacto ſeu promiſsione de uendendo, ſicuti docuit Petrus Monchada in addit. ad Gozadinum d.l. 2. ſub num. 21. litera C. uerſic. promiſsio de uendendo, C. de pact. inter empt. & uendit. & ante eum Iacob. Butrig. in l. prima C. de pact. pign. & ibi etiam Angel. quos ſequitur Alexan. in l. ſi pupillus, in princ. num. 4. in fi. ad leg. fal. idem comprobat Corſet. in ſuo Repert. litera P. uerſic. promiſsio ſeu pactum de uendendo. ita etiam affirmat, & alios plurimos congerit Surdus conſil. 52 num. 13. primo uolum.

99 Et uenditione prohibita † promiſsio de uendendo prohibita non cenſetur. ut ſcripſerunt multi quos referunt, & ſequuntur Anan. conſil. 64. num. 1. & 2. Deciſ. cum Apoſtil. ad eum. conſil. 645. num. 7. Anchar. iun. quæſt. 39. num. 4. lib. 1. & Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 95. num. 18. parte prima.

Niſi ipſius prohibitionis uerba aliter ſuadeant. ut probat Anchar. iun. d. quæſt 39. precipue num. 10. et ſeq.

100 Ratio uero † rationis eſt.

101 Quandoquidem per uenditionem † inducitur perfectio actus: per

102 promiſsionem autem uendendi † dicitur actus eſſe in fieri, ut declarat Petrus Monchada in add. ad Gozadinum, in l. 2. ſub num. 21 litera C. verſic. ratio autem prædictorum, C. de pact. inter empt. & vendit. poſt Dominicum, & Philippum Francum, in c. penult. de elect. in 6. Iaſonem in l. inter ſtipulantem. §. ſacram, de verbor. obligat. quos ad hoc ipſe recenſet.

Idem ſentiunt gloſ. Alberic. Fulgoſ. Caſtren. Aret. & Iaſ. quorum meminit, & eorum ſententiam tuetur Caſſane. conſil. 63. numero 60. & 61. Cum dicunt, quod contractus ex promiſsione faciendi non eſt factus. Et loquuntur preciſe de promiſsione ſeu pacto vendendi, ex quo (ſecundum eos) non inducitur venditio: neq; aliter opinatur M. Ant. Eugenius conſil. 7. num. 16. 1. volum.

103 Et nulli dubium, quin facilius diſſoluatur actus, † qui eſt in fieri,

104 ideſt perficiendus, † quam in eſſe deductus, ſeu perfectus. l. patre furioſo, vbi Iaſ. num. 7. in fine, & num. 8. cum ſequen. plura ſimilia allegat. de ijs, qui ſunt ſui, vel alien. iuris, Deci. in c. de cauſis. ſub numero 2. de officio deleg. Georgius Natta, de ſtatuto excludente fœminas propter maſculos, quæſt. 2. num. 74.

Et

Et idem ego comprobaui conſil. 22. num. 21. conſil. 23. numero 95. conſil. 40. num. 321. 1. volum. conſil. 1. num. 218. 2. volum. conſil. 27. num. 35. 4. volum. & conſil. 38. num. 112. cum quinq; ſeq. 5. volum.

SECVNDO.

105 SI obligatus vendere, † non præcedente alio contractu (vt hoc in caſu) vltra duos menſes vendere non tenetur. l. vltima C. de iure emphyt. per quam legem, ita in ſpecie docet Cagnolus d. l. 2. numero 71 C. de pact. inter empt. & vend. & ante eum Bar. in l. qui Romæ. §. cohęredes numero 2 Alexand. num. 9. verſic. extra glo. vbi eiuſdem ſententiæ refert Imolam, Angelum, & Salicetum, et poſt Raphaelem Cumanum ſententiam Bartoli ab omnibus teneri affirmat, de verb. oblig.

Quam etiam ſequuntur, et communem dicunt Iaſ. ibidem num. 4. verſic. aduerte, & appoſtilla ad Bartolum ſub litera D. quæ etiam allegat Angelum conſil. 243.

Et comprobatur ex traditionibus Petri Gregorij Tholoſani in ſyntagmate iuris vniuerſi. par. 3. lib. 40. tit. 5. ſub num. 15.

106 Ergo nec etiam is, qui emere eſt obligatus, † elapſis duobus menſibus emere tenetur.

107 Ratio † eſt,

108 Tum quia emptor, & venditor † ſunt correlatiua: Et quod eſt di-
109 ſpoſitum in vno, † obtinet etiam in alio. vt ex communi probauimus copioſe in duodecimo contrariæ opinionis argumento.

Ad cuius rei confirmationem addo quod poſt Senatum Pedemontanum ſcribit Rimin. iun. conſil. 149. nume. 11. 2. volum. Afferens, Venditore condemnato ad reſtitutionem pretij, emptorem quoq; cenſeri condemnatum ad reſtitutionem rei.

110 Tum etiam, quoniam contractus † claudicare non debet. l. 3. mandati. l. ſi cum dies. §. penult. in fine, & l. litigatores, de recep. arbit. l. Iulianus. §. ſi quis à pupillo, de act. empt. l. 1. & l. ſi id quod. §. vltimo, de reſcinden. vendit. l. prima. C. eodem, & l. vltima. C. de fruct. & lit. expenſ. Ancharan. conſilio 120. Alexand. conſilio 40. in princip. 5. volum. Dec. in cap. 1. num. 3. de probat. Neuiza. conſil. 38. num. 12. conſil. 50. num. 66. & conſil. 86. numero 6. Crauet. conſil. 239. ſub numero 6. Phanutius, de iureiur. in litem, cap. 4. num. 20. D. Menochi. conſil. 29. numero 29. conſil. 92. num. 41. primo volum. & conſi. 122. num. 39. 2. volum. Rimin. iun. conſil. 307. num. 13. & 14. 3. volum. Burſat.

ſat. conſilio 237.numero 6. 3.volum. M.Ant. Eugenius conſilio 12. num.99.1.volum. Caualca.deciſ.44.num.26.parte prima.

111 Et ne claudicet, † vitiatur in totum. Corne. conſil.167.numero 19. 2.volumine.Rimin. iun. alios allegans, conſil.776.num.4 & 5.7.volum. & Burſat.conſil.340.ſub num.38.& 39.3.volum.

Igitur, cum nedum duo, ſed plures menſes à die promiſsionis ſint elapſi, dicendum eſt, Illuſtriſsimum D. Comitem Franciſcum, qui emere promiſit, amplius non teneri.

TERTIO.

112 Natura venditionis † eſt indiuidua. l.cum ex cauſa,de ver. obligat. l.ſi quis aliam,cum ibi not.de ſolut.l.fiſtulas.§. penultimo in fine, de contrahend. empt.l. quod ſi nolit, §.Marcellus,de ędilit. edic.l.quod autem.§.vltimo cum l. ſequen. & in princip. ſequentis, de in diem addiec.& etiam in terminis poſt nouiſsimos, ita tradidit Hormanoc. Deţus in l. 4.§.Cato,numero 229. Alciat. ſub num.55. in fine, & num.57. Soc. iun. num.132. verſic. & tenendo iſtam, Bolognet. num.271. verſic, tum quia, & in l.ſtipulationes non diuiduntur,num. 119.verſic.tertio quia, de verbor.obligat. Fabia.de Monte,de empt.& vendit.7.quęſt. princip.num.2.verſic.& quia. Cagnol.in l.2.num.102.verſic.reſciſio enim,C.de pact.inter empt.& vendit.D.Cephal.conſil.407.num.45. 3.volum. & conſil.461.num.41. 4.volum. vbi plures alios commem. Quibus accedunt Equinarius Baro, de diuid. & indiuid. oblig.lib.3. cap.11.num.9. & 15.verſic. ad venditionem,Ronchegal.in l.eandem num.85. de duobus reis, Surdus, poſt complures ab eo relatos, conſil. 13. num.20. primo volum. Prætus conſil.19. num.34. primo vol. Burſat.conſil.370.num.34.in fine cum numeris ſequen.4.volum.Andre. Cail prac. obſeruat. lib.2. obſeruat.14.num.2. & Petrus Gregorius in Syntagmate iuris vniuerſi, par. tertia, lib.26. cap.2.num.15. verſic.nam, & ex empto. & ex his iſtud receptius eſſe probatur.

113 Atque adeo indiuidua eſt, † quod ſi vnus ex contrahentibus,etiam in re minima, pro parte ſua promiſſa non adimpleat, alteri fas eſt, cō-

114 tractum non obſeruare: & ab eo † diſcedere, vt docuit Bald. in l. pacta conuenta,num.1. in 2.lectura,de contrahen.empt.cum alijs,quos congerunt, & ſequuntur Iaſ. conſil.216. num.1. ſecundo volum. Roland. à Val. conſil.53.num.29. primo volum. & cumulatiſsime Franciſ. Becius conſil.45.numero 6.cum pluribus ſequen. pręcipuè nu.10.

idem

idem. Ego ſcripſi conſil. 1. num. 246. primo volum. & conſil. 22. numero 12. & 13. 2. volum. vbi his D. Menochium, & Ioſephum Ludouicum adiunxi.

Illisq́; accedunt alij, quos refert, & ita etiam reſpondit Fabius Turrettus conſil. 74. numero 7. primo volum. ex quorum numero, & authoritate conſtat, hanc opinionem eſſe communiter approbatam, prout eam quoque communem ipſe Turrettus ibidem affirmatur, quam etiam ſequitur Burſat. conſil. 259. num. 4. 3. volum.

Et Becius d. conſil. 45. ſub num. 10. inter alios refert Alexandrum,
115 & Brunum dicentes, quod ex defectu vnius denarij, † reſoluitur contractus emptionis. idem ſcribunt, & comprobant Corſet. de minimis in 2. par. numero 7. & Roland. à Val. conſil. 53. num. 22. & 23. 1. vol.

Quæ reſolutio, cum fiat ob defectum implementi contractus, dicitur fieri ſecundum naturam ipſius contractus. l. quęro. §. inter. locati. per quam legem ita declarat Marcabrunus ab Anguil. conſil. 52. numero 6. primo volum.

Et Becius memorato conſil. 45. ſub num. 10. allegat etiam Baldum
116 in c. adeo, de reſcript. firmantem, quod, ex paruo defectu, † incidit quis in magnam pœnam reſciſionis contractus.

117 Ratio † eſt,

118 Nam qui contrauenit, † non ſeruat formam contractus: quæ † ex
119 integritate conſiſtit. allegat l. hęredes. §. idem iuris, famil. erciſcun. & Iaſonem conſil. 216. in princip. 2. volum.

Idem comprobatur ex pluribus à me allegatis conſil. 1. num. 249. & 250. primo volum.

Addo l. ſi is qui ducenta. §. quædam. ad leg. fal. l. rei appellatio, verſic. opere, & l. ædificia, verſic. perfeciſſe, de verb. ſignificat. l. ſtipulatio. §. quis, de noui oper. nunciat. l. 2. de præt. ſtipul. & eundem Baldum, cuius meminit, & idem probat Hormanoct. Detus, in d. l. 4. §. Cato. num. 54. cum numeris præced. de verb. oblig. ita etiam tradit Bar. in l. Græcæ. §. illud nu. 4. in quarta ſpecie indiuidui, de fideiuſ.

120 Dum per illum textum concludit, etiam ratione formæ † aliquid indiuiduum cenſeri, & ad hoc plurimos alios refert & ſequitur Crauet. in reſponſo pro Genero num. 135. Becius conſil. 12. numero 30. Fabius Turrettus conſil. 47. num. 15. primo volum.

Idem ego ſcripſi conſil. 27. num. 121. 4. volum. & conſil. 39. num. 141. 5. vol. probãdo, poſt permultos vtrobiq́; relatos, Formam indiuiduam eſſe, & de genere indiuiſibilium, vt etiam memorati Doctores affirmant, & Marcabrun. ab Anguil. conſil. 52. num. 45. 21. volum.

Et

Et non ſolum forma eſt indiuidua; ſed etiã materia, ex qua formam actus recipit: quia altero carere neutrum poteſt. vt ex §. vltimo, verſi. eo amplius. inſtit. tit. de vſufruc. & ex ſententia Baldi in l. patre furioſo, circa principium, de ijs qui ſunt ſui vel alien. iur. in l. 1. numer. 8. C. de ſumma Trinit. & fide cathol. & in l. quæcunque, poſt principium. C. de bon. quæ lib. reſpondit Crauet. d. reſponſo pro genero, num. 137. & conſilio 1000. num. 137. 6. volum.

Tresque alias indiuidui ſpecies recenſet Bartol. d. l. Græcę. §. illud, ſub num. 4. de fideiuſ. cum cuius doctrina tranſeunt omnes, & idem indifferenter tenent, vt ait Iaſon. in l. 1. §. ſed etſi mihi, num. 5. de verbor. obligat.

121 Dicens indiuiduum † eſſe, aut à natura, vt l. 1. §. illud, de aqua quot. & æſti. & dicto §. Cato. Aut ratione voluntatis contrahentium, vt l. Pe-
122 dius, de recep. arbit. Aut ratione dependentiæ; vt principale, † & acceſſorium. l. tunc inutile, de pecul. leg. idem, poſt alios, tradit Natta cõſilio 479. num. 30. 3. volum. Petr. Nicol. Mozzius, ex communi, de contract. in tract. de ſtipul. in ſubdiuiſ. ſtipul. num. 1. in fi. & 2. Anchar. iun. q. 26. num. 3. & ſeq. lib 2.

123 Conferunt, quæ † circa defectum formę, Ego copioſè dixi conſil. 1. nu. 13. vſque ad nu. 25. conſ. 37. nu. 22. 1. vol. & conſ. 36. nume. 31. cum duobus ſeq. 3. vol. & quę egregie quoque docet Clariſſ. Mantica in ſuo inſigni tract. de coniec. vlt. volum. lib. 12. titu. 17. num. 14.

Refert etiam Becius d. conſ. 45. ſub nu. 19. Alciatum, qui alibi ſcri-
124 ptum reliquit, Emphyteuticum contractum † cenſeri reſolutum ex eo, quod quis pacta in contractu appoſita non ſeruauit.

125 Et memorata concluſio adeo vera eſt, † vt procedat etiam ſi contractus fuiſſet iuratus cap. 3. & cap. ſicut. 3. §. fi. de iureiur. Corne. conſilio 102. num. 4. & 13. & conſilio 349. num. 12. 1. volum. conſil. 167. num. 17. 2. volum. conſ. 11. num. 7. conſil. 144. num. 7. & conſ. 246. num. 10. 3. vol. Io. de Selua, de iureiur. in 3. par. num. 46. Rolan. à Val. conſil. 53. nume. 30. 1. volu. Beci. d conſ. 45. ſub num. 12. D. Menoch. conſ. 84. nume. 72. 1. volu. Pancirol. conſ. 119, ſub num. 47. 1. volu. D. Decia. conſi. 1. num. 64 3. volu. Anchar. iun. q. 51. nu. 7. & 8. lib. 3.

Et Apoſtilla ad Abbatem in d. c. 3. ſub litera G, de iureiur. ait, hunc
126 vnum eſſe caſum, quo licitum eſt ſibi ipſi † propria authoritate remittere iuramentum.

Quod iuramentum eſt indiuiduum, ut ex pluribus Ego probaui conſilio 1. numero 248. cum numeris ſequen. 1. volum. & conſilio 39. nu. 164. 5. vol. vbi illis inter alios adiunxi Cottam in ſuis memorialibus

verſ.iuramentum eſt quid indiuiduum,& verſ. Teſtis fides,& Fabium Turrettum conſ.9.num.21.& conſil.94.nume.21.1.volum.qui de communi atteſtantur,& alios idem firmantes commemorant, quam etiam communem dicit,& ſequitur, poſt nonnullos ab eo relatos, Franciſc. Beci.conſil.86.num.16.

Et facit actum indiuiduum ſecundum Baldum in c.1.§. cum autem, de controuer.inueſti. quem nouiſsimè refert,& ſequitur Surdus deciſ. Senat.Mantu.58.num.12.

127 Neque is,qui implere tenetur, † excuſatur, quamuis ſe impeditum fuiſſe probet. vt Ego ſcripſi conſilio 22.num.49.& ſeq. 2.volu. ex ſententia Decij in l.cum proponas,2.num.4.C.de pact. Crauettæ conſil. 151.ſub num.10.& aliorum.Addo nunc eundem Crauettam conſ.192. num.117.& Burſatum conſ.194.nu. 2.in fine,& 3. 2.volum.

Et vterque etiam vtrobique concludit,inchoato iudicio,implemētum per partem offerri non poſſe.quod pariter firmat idem Burſat. conſil.144.num.32.eodem volum.

Ergo multo magis ita eſt obſeruandum in caſu, de quo agitur: cum in eo non adſit defectus implementi in re minima, ſed deficit octaua pars omnium bonorum,quæ aduerſarij vendere promiſerunt.

QVARTO.

128 VEnditori agenti ad pretium, † obſtat exceptio rei non traditæ.l.qui pendente, de actio. empt.l.Iulianus.§. offerri, vbi Caſtrenſ. numero 2.eodem titu.l. ex prædijs, in fine. C.de euict.cum ſimilibus,de quibus mentionem faciunt, & idem affirmant Deci. conſilio 421. numero 1. Rimin. conſilio 92.num.1.& 2. 1.volum.Paſet.conſilio173.num.12. Neuiz.latè conſil.37.num.2.Natta conſil.305.num.1. 2.volum.Ludouic.deciſ. Rotæ Lucenſ.2.numero 2. Andre. Gail. pract.obſeru.lib.2.obſeru.17. numero 12.

Et vbi ei huiuſmodi exceptio opponitur, rem tradidiſſe probare tenetur.l.ex empto.de acti.emp. Barnabas Cornazzanus in nouiſſ. deciſ. Rotæ Lucenſ.deciſ.116.num.10. & copioſius Burſat.conſil.194. num. 35. 2.volum.

129 Non enim perfecta dicitur venditio † ante traditionem.§. venditæ, inſtit.titu.de rerum diuiſ. cap. cum Ioannes, circa principium, de fide inſtrum.quibus iur.ita ſcribit Tiraquell. de vtroque retrac.§.1.gloſ.2. numero 46.verſ. perfecta.

Addo

Addo Speculatorem, Salycetum, Butrium, Fulgoſium, Alexandrũ, Guidonem Pap. Decium, Brunum, Curtium iun. Boerium, Ruynum, Ferdinandum Loaz, Rubeum, Afflictum, & Præpoſitum, quos ſuis locis refert, & ſequitur Rolan. à Val. conſil. 51. num. 10. 2. volum.

Et, prǽter eos, idem tradunt Iaſon ex communi, Cur. Ruy. Neguſ. & alij, de quibus mentionem faciunt, & cum eis reſident Rimin. iun. conſil. 285. num. 12. 13. & 14. 3. volum. Burſat. conſil. 363. ſub num. 27. & 28. 4. volum. D. Decia. conſil. 7. num. 65. 1. volum. Iacob. Nouel. de iure prothomis. §. 4. num. 54. & Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 417. nume. 235. quibus omnibus perſpicuum eſt, hanc opinionem frequentiori Doctorum ſuffragio receptam eſſe, & approbatam.

130 Etenim venditionis ſubſtantialia † ſunt tria, nempe conſenſus, res, & pretium.

Quia ſine iſtis tribus uenditio ipſa, & emptio conſiſtere non poteſt, & ſubſtantiam habere. ut declarant glo. in l. pacta conuenta, in prin. de contrahen. empt. Bald. in l. ad exactionem. C. de dotis promiſ. & Iaſ. in l. iuriſgentium. §. adeo, num. 1. de pact.

Hoc idem multis legibus comprobat Gomezius tomo 2. uariarum reſolution. cap. 2. numero 4. Burſat. conſilio 100. num. 2. 1. uolu. Surd. conſilio 202. ſub num. 4. 2. uolum. Fabia. de Monte, de emp. & uend. in 1. quæſt. princ. num. 4.

131 Accedit, Nam forma contractus † immutabiſis eſt: eique † nil addi,
132 uel detrahi poteſt: & ſi aliter fiat, † redditur nullus ipſe contractus:
133 uel † in aliam ſpeciem tranſit, dicta l. pacta conuenta in fine principij,
134 de contrahend. empt. & docet Petrus Gregorius in Syntagmate iuris uniuerſi libro 1. capitu. 10. numero 7. & 11. numero 2. uerſicu. quod & informis.

Conferunt quæ Ego ſcripſi conſilio 1. numero 13. cum pluribus ſeq. 1. uolum.

135 Et huiuſmodi exceptio † rei non traditæ ſemper, & quandocunque poteſt opponi. ut ait Ludouic. deciſ. 2. Rotę Lucenſ. nu. 1. ex traditionibus Bartoli in l. Iulianus. §. offerri, de actio. emp. & l. filiæ licet. C. de collat. & ſecundum opinionem Cornei, Crotti, Beroi, Pariſij, Crauettæ, Rolandi à Valle, & Clariſsimi Cephali, quos ubi ſupra recenſet, & prius deciſ. Peruſ. 50. num. 1. 2. & 3. par. 1.

His addo Plottum, Ancharanum iuniorem, Vrſillum, & Mãdoſium alios commemorantem, quos refert, & ſequitur Burſat. conſil. 144. nu. 31. 2. uolu. Magonius deciſ. Rotæ Lucenſ. 69. num. 5. & 6. & ibidem in add. ſub litera B, & conſtat hanc opinionem eſſe communem.

136 Quæ obtinet,etiam ſi ſtatutum omnes exceptiones reijceret, † nam
137 huiuſmodi exceptionem excludere † non intelligeretur, quia † procē-
138 dit ex eodem inſtrumento. vt dicunt Bartolus, Baldus, Alexander, & Antonius de Canario,ſicuti retulit,atque idem reſpondit Deci.conſil. 421.num.2.Natta conſil.305.ſub num.1. 2.volum.Ludouic.d.deciſ.2. Rotæ Lucenſ. nume.3. vbi etiam Crauettam,Rolandum à Valle,& D. Cephalum adducit.

Quibus accedunt alij plurimi à me allegati conſil.1.nu.237.& 238. 1.vol.& præter eos,Surdus conſil.101.num.4.1.volum. & Fabius Turrettus Peruſinus conſil.44.num.34.& conſil.49.nume 48. 2.volu.vbi me ipſum dicto loco,& alios refert,ac de communi atteſtatur. & prius idem ſcripſit conſil.78.num.10.& conſ.91 num.29.1.volum.

Et ego dicto conſ.1. num.239. 1.volum. ex multorum ſententia fir-
139 maui,huiuſmodi exceptionem † adeo fauorabilem eſſe, quod iudex po teſt,etiam parte non opponente,eam ſupplere. Nunc addo Burſatum conſ.234.nū.1.& 333. volu. eundem Turrettum alios commemorantem dicto conſ.91.nu.30. 1.vol.Ludouicum deciſ.2.Rotæ Lucenſ.nu. 5.& Magonium pariter deciſ.eiuſdem Rotæ Lucenſ.69. num.6.

Addo etiam,quod cum hæc interpretatio ſit fauorabilis, ſemper eſt admittenda. vt docuit Achill.Perſonalis de adipiſcen.poſſeſ.paulo ante numerum 187.verſ.& quia.poſt Grammaticum deciſ.92. nume.15. & Socinum iuniorem conſ.168.num.65.2.volum.

140 Et ideo obligatus ex forma ſtatuti † ad vendendum, cenſetur obligatus ad tradendum.vt idem Socinus affirmat conſ.1.nume.5. eodem volū.vbi allegat.l.ex empto,in princ.de acti. empt. Socinum patruum ſuum,Iaſonem,& alios,ac de communi fidem facit.

Similiter permiſſa venditione, etiam traditio permiſſa intelligitur, quæ neceſſario fit ex l.1. de acti. empt. vt inquit Gabrielius conſil. 18. num.5.1.volum.argumento l.ad rem mobilem,de procur. & l.2.de iuriſdic.omn.iud.

141 Et exceptio rei non traditæ † poteſt opponi etiam poſt ſententiam ſecundum Butrium in cap.cum Ioannes, in princ.de fide inſtrumen.& Barbatiam in add.ad Baldum in l.ex prædijs. C. de euict. quos refert, & ſequitur Surdus conſ.101. num.5.1. volum.

Subdens,venditorem agentem ad pretium,debere rem offerre,quā-uis emptor eam non petat. vt etiam reſpondit Deci.conſil.421.nu.7.& 8.vbi ad hoc perpendit.l.Iulianus.§.offerri,de action.emp.

142 Et ſi ipſe venditor condemnatus ſit ad tradendum,† etiā contra exe cutionem ſnīę, exceptionē pretij non ſoluti opponere non prohibetur. vt mul-

vt multis rationibus probant Bald. in l. peremptorias numero 19. C. Quæ ſent. reſcind. non poſ. Decius ex communi, plurimos allegans, conſil. 119. num. 2. & Fabia. de Monte, de empt. & vend. in 6. quæſt. prin. num. 42. & 43.

143 Neque pro parte† traditio rei venditæ fieri poteſt.

144 Ratio † eſt,

145 Quia obligatio rem tradi † eſt indiuidua obligatione, & ſolutione. l. ſtipulationes non diuiduntur, vbi, poſt Dinum, ita concludit Bart. ſub num. 9. de verb. obligat. quem eo loci ſequuntur communiter ſcribentes, prout de hac communi teſtis eſt.

146 Etiam in obligatione † rem tradi ex contractu venditionis, Curt. iun. conſil. 74. numero 1. & 2. Et vltra eum, pariter in terminis venditionis, ſeu promiſsionis vendendi, idem firmarunt ipſe Bart. conſilio 195. numero 2. & in l. cui vſusfructus ſub numero 4. de vſufruct. leg. Doct. in l. 4. §. Cato, de verbor. obligat. præcipue Socin. ex communi num. 10. Ripa num. 23. Ruin. pro communi in 2. lectura ſub num. 13. Alciat. numero 51. & 55. Hormanoct. Detus ex crebriori, plures congerens, num. 193. cum ſequen. & ſub num. 222. cum ſeptem ſequent. communem quoque dicunt Soc. iun. num. 42. & Bolognet. num. 231. 232. 237. verſic. ſi tamen, & num. 241.

His accedunt Socin. qui pariter de communi teſtatur, conſil. 16. num. 23. vſque ad numerum 41. 4. volum. Rimin. conſil. 92. numero 1. & 2. 1. volum. Bero. conſil. 158. ſub num. 40. 1. volum. Boer. deciſ. 251. numero 1. verſic. cum ſit. Soc. iun. aſſerens cum hac opinione Doctores magis cõmuniter tranſire, in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, nu. 156. Bolognet. num. 119. verſ. quinto quia, Tiraquel. quamplures commemorans, de retract. Lignager. §. 23. gl. prima num. 16. Fabia. de Monte, de empt. & vend. 7. q. prin. num. 2. verſ. quia vendere, Cagnol. in l. 2. num. 102. verſ. tertio quia, C. de pact. inter emp. & vend. Ronchegal. dicens, quod Doctores omnes hoc aſſerunt, in l. eandem in princ. nu. 67. de duob. reis. Ludouic. ex communi deciſ. Peruſ. 112. nũ. 9. par. 2.

Eandem ſententiam ſequitur, & legibus comprobat Petrus Gregorius Tholoſanus in Syntagmate iuris vniuerſi. par. 3. lib. 26. cap. 2. nu. 15. verſ. nam & ex empto, Andr. Gail practicarum obſeruationum lib. 2. obſeruat. 17 num. 12. communem etiam fatetur Rube. conſ. 90. nu. 1. atque idem reſpondit, & ita communiter Doctores tenere affirmat Surd. conſ. 13. num. 19. primo volum. & magis communem, ab eaq; in iudicando recedendum non eſſe concludit Soci. iun. conſil. 1. nume. 6. 2. volum. Paſet. conſil. 173. num. 12.

147 Quo fit, vt emptor † poſsit totum pretium retinere, ſi quid minimum ſupereſt tradendum. ſicuti copioſe, alios recenſendo, probat Surdus conſil. 101. num. 6. & 7. primo volum. & ante eum Deci. conſil. 119. ſub num. 1. & 2.

148 Ratio † prædictorum eſt,

149 Quoniam traditio † eſt facti. l. conſilio in fine, de cur. fur. l. certi conditio, vbi glo. magna, ſi cert. petat. & l. ſtipulationes non diuiduntur, verſ. idem puto, ibi (*fundum tradi*) de verb. obligat.

150 Factum autem † eſt indiuiduum obligatione, & ſolutione. vt ex eadem l. colligitur, vbi etiam docent Bart. num. 7. & communiter ſcribentes, & in l. in executione. per illum textum, eodem tit. Hormanoctius Detus in d. §. Cato numero 12. verſ. ſecundo obligatione, & ante eum Bart. ſub num. 1. cum quo tranſeunt cęteri omnes interprętes ibidem, & Socin. conſil. 16. num. 3. verſ. ſed obligatio 4. volum. Franciſ. Balduinus de diuiſ. ſtipul. pag. 295. verſic. quomodo, ſecundum impreſsionem Baſileæ, Io. Bernard. Diaz regul. 279. Burſat. conſil. 176. num. 30. 2. volum. Rimin. iun. conſil. 398. num. 11. 4. volum. & conſil. 629. num. 13. 6. volum. & idem ſentiunt omnes Doctores ante memorati. Ergo &c.

151 Ratio vero, † quare factum eſt indiuiduum triplex affertur à Gomezio de contractibus cap. 10. num. 23. ſub verſ. quarto modo, ex ſententia Bartoli, Alberici, Angeli, Saliceti, Imolæ, Caſtrenſis, Romani, Iaſonis, Vincentij, & communiter Doctorum, quos ſuis locis ipſe receſet, atq; idem opinantur alij ſupra allegati.

152 Prima eſt, quia factum † pro parte non affert tantam vtilitatem reſpectu partis, ſicut totum reſpectu totius.

153 Secunda, quoniam factum, † ex ſui perfecta conſumatione, reſpi-
154 cit formam: cuius partem † qui facit, nihil feciſſe videtur.

155 Tertia, ne ſequatur inconueniens, † quod contingat fieri ſolutio in diuerſis rebus, contra mentem creditoris.

Has omnes rationes latius deducẽdo, & comprobando, vt per eum, ad quem in hoc breuitatis cauſa remiſiſſe ſufficiat.

Solum addo quod ponit Equinarius Baro. de diuid. & indiuid. oblig. lib. 2. cap. 4. num. 13.

156 Cum ait, ideo rem tradi † factum eſſe indiuiduum, quod corpore non animo id fiat, quodq́ue per hoc factum nullum ius, aut acquiratur, aut tollatur, quod iuris intellectu diuiſionem legalem in partes pro indiuiſo recipere poſsit. l. ſeruus communis, de ſtipul. ſer. & l. Męuius, de leg. 2.

157 Licet in partes † pro diuiſo ſeparari queat, argumento l. via, de ſeruitut.

158 Quod (ſecundum eum) duobus modis † accipi poteſt.

159 Vno modo, † vt pro parte diuiſa res tradatur.

160 Altero † pro parte diuiſa ipſius traditionis, argumento l. ad certum, & dicta l. uia. §. vſus, de ſeruit.

161 Et quemadmodum in indiuiduis beneficium, † quod vni competit, etiam alteri prodeſt. Afflictus, dicens ita per ſacrum Conſilium fuiſſe concluſum, deciſ. 213. ſub num. 3. plures alios ad hoc congerit, & cum eis reſidet Lambertegnus, de contract. in fine, quæſt. 86. num. 260. ver. & quod dicimus, pag. 496. D. Menoch. in 15. remed. recuper. poſſ. num. 131. qui eiuſdem ſententiæ Iaſonem, Calçaneum, Ruynum, Marſilium, & Didacum allegat.

Secus eſt in diuiduis: quia in eis nō gaudet quis beneficio alterius, quod per ſe ipſum habere non poteſt, vt copioſe probat Hieronymus Magonius deciſ. Rotæ Lucenſis 98. num. 17.

162 Et non priuilegiatus † concurrēs in re indiuidua cum priuilegiato, gaudet priuilegio priuilegiati. l. ſi communem. quemadm. ſeru. amit. & Caualca. de vſufruc. mulieri relic. nu. 165. pag. 335. poſt Innocentium in cap. ad audientiam, de reſcrip. Panormitanum in cap. primo, eodem titu. Iaſonem in l. ſi mater, nume. 10. C. de inofficio. teſtamen. Boerium deciſ. 300. & alios, de quibus mentionem facit. & præter eos idem cumulatiſsime confirmat Barbatia conſil. 36. num. 19. verſic. & adduco, cum quinque numeris ſequ. 2. volum. vbi multa congerit ſcitu digna, & quæ ipſe dixit excedere vires humani ingenij.

163 Quo fit, vt clericus, & laycus † ſimul obligati ex cauſa indiuidua, quæ deberet tractari coram iudice layco, ambo coram Epiſcopo ſunt conueniendi, vt reſpondit Illuſtriſsimus, & Excellentiſsimus D. SYL-

164 VESTER ALDOBRANDINVS † maximus ſanè, & grauiſsimus Iuriſconſultus, atque omni eximia virtutum laude cumulatiſsimus, & Pater Sanctiſsimi D. N. D. CLEMENTIS VIII. Summi, Optimi, Sapientiſsimique Pontificis conſil. 83. num. 1. cum decem ſequ. lib. 1. vbi plurimos allegat, ac doctiſsimè, & copioſè rationibus confirmat. idem docuit Barto. in l. præcipimus. §. eodem obſeruando, num. 2. C. de appellat. quem ſecuti ſunt Andre. Sicul. conſilio 36. numero 20. 2. volum. Maranta in 4. par. ſui Specul. in 11. diſtinct. iudiciorum, numero 21. & Petrus Follerius ibidem in addit. num. 24. poſt alios vtrobique relatos.

Et idem Maranta eodem in loco nu. 22. ſubdit, quod ſi ex pluribus

ſimul

165 ſimul delinquentibus † vnus ſit clericus, & alij layci, & contra omnes inquirat iudex ſecularis, & clericus declinet forum, etiam layci petere poſſunt ſe remitti ad iudicem Eccleſiaſticum. ex ſententia Antonij de Prato, Felyni, & Mariani Socini, quos recenſet, & ait, hoc eſſe pulcherrimum & ſingulare dictum, perpetuoq; notandum: quia quotidie euenit. idem reſpondit, & alios adducit Pariſ. conſil. 154. in princip. 4. volum. cumulate etiam comprobat Caſſane. conſil. 1. in 4. par. nume. 47. cum numeris præced. & ſeq.

Atque iuuatur ex eo, quod dici conſueuit, ratione adiuncti admittendum eſſe, quod alias non permitteretur. l. 3. §. planè, & l. non putauit. §. ſed & ſi exhęredatus, de bonorum poſſ. contra tabul. l. Ariſto. quę res pign. oblig. non poſſ. l. & poſt, §. 1. ad leg. fal. l. cum hęreditate, de acquir. hæred. l. his enim, de furt. & cap. ſacris, de ſepultu. cum alijs à me allegatis conſil. 40. num. 282 & 283. 2. volum.

166 Ita in indiuiduis † vtile per inutile vitiatur. l. 1. §. illud, & §. Trebatius, de aqua quot. & æſti. Bartol. in l. Græcæ. §. illud, ſub num. 3. de fideiuſ. Bald. in l. certi conditio. §. quoniam, num. 3. verſi. decimus eſt, ſi certum petat. & communiter ſcribentes in l. 1. §. ſed & ſi mihi, de verb. obligat. cum ſimilibus congeſtis à Crauetta in reſponſo pro genero, numero 131. & 138. & conſil. 1000. num. 138. 6. volum. Natta conſ. 479 numero 29. 3. volum. Rolando à Valle conſil. 72. nume. 66. 3. volum. Ancharano iuniore quæſt. 26. num. 2. libro 2. Becio conſil. 12. num. 30. iuncto numero 32. verſ & dicit. Riminaldo iuniore conſilio 298. num. 32. verſic. ad quartum. 3. volum. conſil 400. num. 117. conſilio 463. numer. 21. 4. volum. & conſil. 613. num. 7. 6. volu. Marcabruno ab Anguil. conſilio 32. num 245. & 246. primo volum. & Turretto conſil. 47. num. 15. & 16. 1. volum. idem ego ſcripſi conſilio 27. uum. 129. 4. volum. & conſil. 29. numero 173. eodem volum.

167 Et factum vnius † nocet alteri. l. hæredis. §. contra, verſiculo idem, famil. erciſc. Hormanoct. Detus in dicto § Cato, numero 354. Lancellot. Galiaula, numero 61. Burſat. ex communi omnium opinione conſilio 176. numero 52. ſecundo volumin. & alij, quos conſultò prætereo.

Ergo, cum hoc in caſu pro octaua parte traditio bonorum vendi promiſſorum fieri nequeat, ſed quo ad illam contractus vitietur, fateri neceſſe eſt, quod in totum reſolutioni ſubiaceat.

QVIN-

QVINTO.

168. HViuſmodi contractus † interpretatur celebratus ſub tacita conditione, ſi ſequatur licentia Senatus Mediolani, vel Regis Catholici, & totius rei ſeu omnium bonorum vendi promiſſorum traditio. vt in ſpecie reſpondit Deci.conſilio 421.ſub nume. 6.cui accedunt Corneus conſilio 246.num.6.verſic.habet enim. 3.volu.Socin. conſilio 16.nu. 4. volum.4. Crott.conſilio 75.numero 12.& conſilio 86.num.9.primo volum.Bero.conſil.144.numero 11.primo volum.Rolan.à Vall.conſ. 53.numero 27.in fine, primo volum.Franciſ.Becius conſil.45.numer. 12.verſic.quælibet enim. Ioan.à Capiſtrano de mat.diſpenſan.ſiue de quodam matrim.§.circa primum principale,num.7. Martin.de Carat. de Principi.quæſt.263.& Ludouic.deciſ.Peruſ.50.num.2. par.1. poſt alios per eos allegatos. Et idem Ego ſcripſi, atque alijs legibus, & authoritatibus comprobaui conſil.1.num.252. 1.volum.

Quæ conditio impleta non eſt.

Tum quia octaua pars bonorum vendi promiſſorum tradi non poteſt, ita prohibentibus Decretis Mediolani ſupra in principio relatis.

169 Et vbi conditio † deficit in parte, in totum defecta cenſetur.

170. Ea † ratione.

171 Quoniam indiuidua † eſt.l. qui duobus,& l.cum fundus, vbi Barto. de condit.& demonſt. quibus legibus, & ex communi poſt alios ab eo relatos in terminis ita reſpondit Socin.conſil.16.nume.4.vol 4.Ruyn. conſilio 48.num.3. 2.volum.Gozad.in l.2.numero 83.C. de pact. inter empt. & vendi. qui etiam Baldum allegat in l. penult. C.de condit. inſer.

His accedunt Doctores in dicto §. Cato.præcipue. Hormanoc. Detus num.53.& 563.Fabia.de Monte,de empt.& vend.7.quæſt.princ. num.3.verſi.præterea conditio,Phanut.de inuenta hęred.par.6.num. 91.& fere omnes ita tradunt, Teſte Caballino in tract.diuidui,& indiuidui,par.2. ſecundæ par.numero 385.Fabian.Turret.conſil.8.num. 80. primo volum. & præter eos Crauetta alios commemorans, in reſponſo pro genero ſub numero 132.& conſilio 1000.numero 132. 6. volum.

Subdens vtrobique num.134.hoc amplius procedere, quod ſi inueniatur vna conditio diuidua, quæ alteri conditioni indiuiduæ ſit coniuncta, vtraque indiuidua cenſetur. ex l. ſi ita fuerit ſeruis duobus, de manum.

manum. teſta. per quam legem ante eum idem cenſuit Socin. conſilio 107.num. 12. 4.volum.& ita etiam placuit Hormanočio Deto in d.§. Cato,num.667.

Cum per eandem legem dixit, Rem diuiduam, ratione adiuncti, indiuiduam fieri.

Huc ſpectant ea, quæ de vnione, & eius effectu Ego cumulatiſsime ſcripſi conſilio 40.numero 268.cum duodecim ſeq. 2 volum.

172 Et ideo receptum eſt, inſolidum † præſtandum eſſe illud, cuius ſolutio poſita eſt in conditione. ſicuti argumento dicta l.cui fundus, de con dit.& demon. docuit Ant.Gomez.tomo 2.variar.reſol.cap.x.ſub num. 23.in quinta illatione, verſ.ſecundo quia.

173 Et huc obtinet, † etiam ſi debitor decedat pluribus relictis hæredibus: non enim diuiditur inter eos, ſed quilibet inſolidum tenetur, in

174 caſibus, † quibus ius implendi conditionem ad hęredes tranſmittitur, vt ex eadem l.cui fundus, manifeſtè colligitur, & idem ex cõmuni, poſt Cynum, Bartolum, Albericum, Baldum, Imolam, Caſtrenſem, Salycetum, & Corneum, quos recenſet, tradit ipſemet Gomezius d.cap.x. ſub num.23.in quarta illatione.

Comprobatur ex traditionibus eiuſdem Gomezij ſub eodem num. 23.in quinta illatione, verſic.tertio facit. Dum allegat.l.fiſtulas.§.qui fundum, de contrahen.emp.quo loci cautum eſt.

175 Quod ſi emptor † emit fundum ea lege, vt, ſoluta pecunia, traderetur ei poſſeſsio, & duobus hæredibus relictis deceſsit, non poteſt vnus eorum, ſoluendo partem ſuam pecunię, ad partem fundi ex empto cum venditore agere.

176 Ratio † eſt, quia pecunię quantitas videtur poſita in conditione ſecundum Odofredum, Bartolum, Baldum, Albericum, Salycetum, Fulgoſium, & communiter ſcribentes ibidem, vt meminit ipſe Gomezius loco præcitato.

Qua autem ratione receptum ſit, Conditionem indiuiduam eſſe, & facere actum indiuiduum, explicat ex communi fere omnium opinione Gaſpar Caballinus in tract.diuidui,& indiuidui, par.2.ſub nu.385.

Dicens id eſſe ex eo, quoniam ipſa cõditio inducit formam, quæ indiuidua eſt, cui nec addi, nec detrahi poteſt. allegat Baldum, Alexandrum, & nonnulla iura. idemq́ue probatur alijs legibus, & authoritatibus infra num.177.allegandis, & ex ijs, quæ diximus ſupra num.118. 119.120.123.& 131.cum ſeq.

177 Vlterius confirmatur, nam conditio voluntaria † præciſè, & ad vn-

178 guem debet impleri: nec ſufficit † æquipollens. l. qui hæredi, & l. Męuius, ſe-

uius ſecundum communem intellectum,de conditio. & demonſt.l.Lucius, & l. ſi fundus, eodem titu. Bart.& alij in l.Gallus.§.& quid ſi tantum,de liber. & poſthu. præcipuè Iaſo. ex communi, numero 10. & 18. Crot.num.20.Ruyn.numero 16.&18.Galiaula numero 19.cum ſequ. Garzia numero 62.& Bolognet.num.84 Alexan.conſil.1. num.11. in fine primo volum.Roland.à Valle, eam communem dicens, & alij permulti,quos Ego commemoraui. & ſecutus ſum conſilio 39. nume. 57. 2.volum.

179 Non etiam poteſt † conuentio conditionalis per æquipollens, & interpretatiue adimpleri,vt per regulam dictę l.qui hæredi,& l. Męuius, de condit.& demonſt.aſſeruit Gratus conſil. 15.nume.14.1.volu.

Et tanto minus, quia contractus non recipiũt interpretationem ampliatiuam, ſed arctatiuam: etiam ſi ſine ea promiſsio ſtare non poſſet. vt his formalibus verbis ſcriptum reliquit Rimin. iun. conſil. 239.nu. 68.conſilio 299.numero 15.3.volum.conſil.797. num.13. & conſilio 819.nume.10. 7.volum.ex Baldo conſ.145.3.volum.Alexandro in l.3. §. Neratius,num.4.de acquir.poſſ. & Rolando à Valle conſilio 75.nu. 28.2.volum.& conſil.58.num.64.3. volum.

180 Tum etiam, quoniam conditio, † quæ ſtat in faciendo (prout in Principis, ſeu Senatus aſſenſus impetratione) cenſetur ſtatim deficere, cum tantum temporis ſpacium præterierit, quo obligatus potuerit factum explicare, ſecundum Burſatum,qui præcisè loquitur de impetratione licentiæ alienandi ſeu obligandi,conſil.45. nu.15.& 16.1.vol. poſt Corneum, Ruynum, & D.Cephalum, quorum ipſe meminit.

Qui D.Cephalus conſilio 118.nume.11.15.& 16. 1.volum.in ſpecie
181 loquitur de licentia † ſeu conſenſu requiſito in contractu venditionis. pluresque leges congerit,& authoritates,& illum ſimpliciter ſequitur Rimin.iun.conſil.5.num.26.verſi. & idem, 1. volum.

182 Ergo deficiente conditione,contractus † pro infecto habetur: & ip-
183 ſo iure † nullus eſſe dicitur.vt firmat Burſat.dicto conſilio 45. numero 14.per l.pecuniam,ſi certum petat.cum pluribus à me allegatis,conſil. 25.num.50.primo volum.

Quibus accedit ſumma prudentia, & celebri doctrina inſignis D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS in §.ſed etſi, nume.4. inſtit.tit.quibus mod.tut.fin. Fabius Turrettus Peruſinus, me ipſum, & alios etiam commemorans,conſilio 84. num.12. 2. volum.

Nullaque cenſetur nata actio,vt ipſe eo loci concludit num.13. poſt Franchum, Rolandum à Valle,Io.Petrum Surdum,& me ipſum,ab eo relatos.

Et Bur-

Et Burſatus memorato conſilio 45. numero 16. ait, quod amplius
184 contractus † conualidari non poteſt. & eiuſdem ſententię refert D. Cephalum dicto conſil. 118. nume. 16. & ſeq. 1. volum. qui alios eam probantes allegat ſub nume. 21.

185 Contractus enim † ſub conditione celebratus dicitur reſolutus, ip-
186 ſa conditione non eueniente. vt in terminis † venditionis cautum eſt in l. neceſſario. §. 1. de peric. & commod. rei vend. per quam legem, poſt Alexandrum, ita aſſerit D. Menoch. de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 175. num. 12. ita quoque tradit optimus legum Interpres, & conſultor Eximius D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſilio 59. ſub num. 8. libro 1. Rimin. iun. conſilio 285. numero 6. 3. volu. Fabius Turrettus ex communi fere omnium opinione conſilio 84. nume. 10. & 11. 2. volum. & idem expreſſe probatur ex l. hæc venditio, in princ. de contrahen. empt. docet etiam Caſtren. in l. 1, ſub num. 2. C. de peric. & commod. rei vend.

187 Dicens, quod deficiente conditione, † venditio habetur pro non facta:

188 Et tunc cenſetur perfecta, † quando eſt pura, vel purificata. & latè comprobat Rolan. à Valle conſil. 7. num. 6. cum decem ſeq. 3. volu. Iacob. Emilia. conſil. 120. ſub num. 2.

189 Ratio † eſt.

190 Etenim nil refert, † aliquid non fieri, vel ſub conditione fieri, quæ non purificetur. vt Ego firmaui dicto conſilio 25. num. 51. 1. volum. & conſilio 39. numero 5. 2. volu. poſt Tiraquellum in l. ſi vnquam, in verbo, reuertantur, num. 225. C. de reuoc. donat. Rolandum à Valle conſ. 58. num. 16. 3. volum. & Burſatum conſil. 155. num. 7. 2. volu. qui alios refert eandem ſententiam probantes.

Et, vltra eos, plura congerunt Iaſ. conſilio 48. 3. volum. ac ſublimis ſciētiæ, & electiſsimus Vir D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS in §. ſed & ſi, num. 4. inſtit. tit. quibus mod. tut. fin. & cumu-
191 latiſsimè Rimin. iun. loquens in ſpecie de licentia † requiſita in contractu venditionis, & plurimos allegans, conſil. 5. num. 23. vſque ad num. 30. 1. volum. D. Menoch. conſilio 38. num 14. cum nouem ſeq. & infra 1. volum. & conſ. 63. nume. 30. eodem volum.

Et Ego ipſe ſcripſi conſilio 25. num. 51. & 52. 1. volum. iſtud quoq;
192 habere locum, † ſi conditio tacita ſit, & ſubintellecta. ſecutus Socinum iuniorem, & D. Cephalum conſi. 56. nu. 12. 1. volum.

Quod etiam comprobatur authoritate Illuſtriſsimi, & Doctiſsimi D. SYLVESTRI ALDOBRANDINI, qui communem dicit, &

cit, & alios commemorat, in §.1.numero 24.inſtitut.tit.qui teſt.tut. dari poſs.

SEXTO.

SI emptori non liceret à tota emptione diſcedere, ſed cogeretur pro ſeptem partibus octo partium illam adimplere: ſequeretur, quod inuitus incideret in communionem.

193 Conſequens † vt abſurdum, & inconueniens, non eſt admittendum. ergo nec antecedens.

194 Argumento ducto † à conſequenti deſtructo, ad deſtructionem antecedentis. iuxta tex. iuncta gloſ. in l. 2. §. mutui datio, ſi cert. petat. & l. apud antiquos. C. de furt. cum ſimilibus late congeſtis ab Euerardo in loco à deſtructione conſequentis.

195 Ratio autem † quare illud conſequens non ſit admittendum, eſt.

Tum quia ex proœmio inſtrumenti conſtat manifeſte, contrahentes omnino à communione recedere voluiſſe.

Tum vel maxime, quoniam ſi de huiuſmodi contrahentium voluntate non appareret, idem tamen dicendum foret.

196 Quia certi iuris eſt, quod nemo † inuitus compellitur incidere in communionem. l. ſi non ſortem. §. ſi centum cum ibi not. de condit. indeb. & l. ſi fundus ille, de contrahen. empt. l. ſi quis aliam, de ſolut. Odofred. de libel. form. capit. 9. parte 3. numero 1. Corne. alias leges idem probantes allegans, conſil. 48. numero 2. 3. volum. Curt. iun. de feudis in 6. quæſtione ſecundæ par. princip. numero 14. verſic. vel aliter. Caballi. in tract. diuidui & indiuidui, in 3. par. numero 223. & in libello, de ædelitijs actionibus cap. 2. numero 47. verſic. quia venditor. D. Decia. conſil. 97. numero 8. ſecundo volumine, & cæteri Doctores infra memorandi idem concludunt.

197 Et abſurdum eſt, † quod quis inuitus incidat in communionem. vt in terminis probat Socinus conſil. 16. ſub numero 2. 4. volumine.

198 Ratio † eſt,

199 Nam communio † diſcordias parere ſolet. l. cum pater. §. dulciſſimis, de leg. 2. Coraſ. in l. filium quem habentem numero 139. C. famil. erciſc. D. Menoch. de arbit. iud. caſu 164. num. 4. lib. 2. centur. 2.

200 Et multa † affert incommoda, & difficultates. vt cumulate ſcribit Tiraquel. de vtroque retract. §. 23. gloſ. prima ſub num. 17. & ante eum Bartolus, etſi non ita copioſe, in d. l. ſtipulationes non diuiduntur numero 25.

mero 25. verſic. nam traditur, de verbor. obligat.

201 Et hac ratione † euitandæ communionis, vt ad contractum em-
202 ptionis & venditionis celebrandum † pro parte, & quo ad aliquos tantum, quis cogi non poſsit; ſed in totum reſoluatur, atq; deficiat. ita in terminis firmarunt Bart. in l. cui vſusfructus numero 4. verſic. præterea in hoc, de vſufruct. leg. Iaſ. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur num. 20. verſic. præſertim quod alias, vbi etiam Bolognet. num. 119. verſic. quarto quia, Bero. conſil. 158. num. 41. primo volum. Socin. iun. in d. §. Cato numero 132. verſ. & tenendo iſtam, Cagnol. in l. 2. nu. 102. verſic. item quia, C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraquel. d. §. 23. gl. prima ſub num. 17. & 26. Natta conſil. 479. ſub num. 23. & 24. verſic. præterea, 3. volum. Fabianus de Monte, de empt. & vendit. quæſt. 7. princ. num. 2. verſic. quia inuitus, Boer. deciſ. 251. num. 1. verſic. alias emptor, Gomez. Tomo ſecundo, var. reſolut. capit. 10. ſub numero 23. in quinta illatione, verſic. ſexto facit. Suidus conſil. 13. numero 24. primo volumine, & Ludouic. deciſ. Peruſ. 112. numero 7. par. 2. quibus omnibus iſtud receptius eſſe probatur.

SEPTIMO.

203 ID, quod conſiſtit in faciendo, † vel mixtim in dando, & faciendo, ſi eſt implendum à duobus, vel pluribus, ab vno tantum, vel ab aliquibus eorum pro parte impleri non poteſt. l. ſi ita fuerit in princip. & §. quæſtio hæc, de manumiſs. teſta. & l. ſi plures cum ibi not. C. de conditionib. inſer.

204 Vendere † autem (quod in caſu præſenti implendum eſt à pluribus) conſiſtit in faciendo, ſeu mixtim in dando, & faciendo. l. conſilio in fine, & ibi not. de cur. fur. & l. certi conditio iuncta gloſ. in verbo certo, ſi cert. petat. Caballi. in tract. diuidui, & indiuidui in princip. numero 67. vbi etiam Bartolum, Lancelottum Decium, & Tiraquellum allegat. Ergo non poteſt per aliquos tantum, & pro parte impleri.

Et in terminis ita arguunt Bar. d. conſil. 195. numero 1. verſiculo præterea, Socin. conſil. 16. numero 3. verſiculo præterea etiam, quarto volum. Ruin. conſil. 82. ſub numero 4. primo volum. Fabianus de Monte, de empt. & vendit. in 7 quæſt. princip. numero 3. & Petrus Gregorius Tholoſanus in Syntagmate iuris vniuerſi par. 3. lib. 26. capit. 2 numero 15. verſic. & facultatem.

OCTA-

OCTAVO.

Comprobatur ex reſponſo Pomponij, in l. ſi ex toto. §. vl-
timo de leg. primo, cum in fine ait, (*octo ſeruis legatis,*
205 *aut pro omnibus certa pecunia legata: non poſſe † inuitum*
hæredem partem pecuniæ, & partem mancipiorum debere con-
ſtat.)

206 Ratio † eſt, ſecundum gloſ. Bart. Caſtren. & alios ibidem.

207 Quia legatum ſeruorum, † quod eſt in vna parte alternatiuæ, vnum
cenſetur, licet octo ſeruos contineat.

Ergo, eadem ratione, idem obſeruandum eſt præſenti in caſu, vt
208 dicamus, quod etſi octo ſint venditores, † pro vno tamen habean-
tur; nec inuitus emptor debeat à ſeptem ex illis ſeptem partes octo
partium bonorum venditorum, & ab alio pro ſua octaua parte pecu-
niam ſeu intereſſe accipere.

209 Etſi illud in d. §. vltimo receptum eſt in vltimis voluntatibus, † mul-
to magis procedit, & obſeruandum eſt in contractibus, vt eſt ille, de
quo agitur.

210 Cum in contractibus † non ita plena, ſed anguſtior fiat interpre-
tatio, quam in vltimis voluntatibus. c. cum dilecti in fine, de do-
nation. l. quicquid aſtringendæ, de verbor. obligat. & l. in teſtamen-
tis, vbi Dec. numero 5. & Cagnol. numero 7. de regul. iur. Socin. iun.
in l. prima nume. 17. de verb. obligat. & ante eos Roma. conſil. 509.
numero 15. ſequitur Gabriel. conſil. 60. numero 12. primo volum. Ri-
minald. iun. conſilio 313. numero 61. in fine, & 62. 3. volumine, ex-
cellentiſsimus Mantica, de coniect. vlt. voluntat. lib. 3. tit. 18. nume-
ro 2. & 4.

211 Ratio † eſt,

212 Quia illi, qui ſe fundat in verbis contractus, † poteſt imputari, cur
legem apertius non dixerit. l. veteribus, de pact. l. ſtipulatio iſta ha-
bere licere. §. in ſtipulationibus, de verbor. oblig.

213 Secus in vltimis voluntatibus, quæ † pendent à voluntate vnius.

214 Quia non poteſt imputari † hæredi, vel ſubſtituto, aut legatario,
quod non fecerit, vt teſtator apertius loqueretur. & hanc rationem
ita præciſe ponit, & late comprobat Natta, conſil. 674. ſub num. 29.
cum numeris ſeq. 4. volum.

N O N O.

IN præfatione, & procœmio inſtrumenti exprimitur ratio, & cauſa, ob quam omnes, ius habentes in huiuſmodi bonis, ad memoratam conuentionem deuenerunt: Quæ fuit,

(Quia eis magis utile, & expediens erat bona ipſa vendere,
215 *† quam ea inter ſe communia, & pro indiuiſo tenere, & poſſidere, ſeu etiam diuidere.)*

216 Et ratio † illa affertur.
217 *(Nam communia † negliguntur: & in partes diuiſa, † non ſine maximo cuiuſ-*
218 *libet incommodo poſſidentur, & inundationi fluminis Abduæ ſuppoſita ſunt.)*
Certum eſt autem, & indubitatum, quod huiuſmodi ratio, & cauſa,

(Ratio enim conuentionis dicitur etiam cauſa. l. eas obligationes, de capit. dimin. Bart. in l. 2. §. vltimo, ſub numero 3. de donat. Pariſ conſilio 12. numero 186. ſecundo volum. & D. Decian. conſilio 39. numero 108. 2. volum.

Licet cauſa poſsit eſſe ſine ratione: Non tamen ratio poteſt eſſe ſine cauſa. vt ſcribunt Ioan. Mona. in cap. vltimo, de iuramen. calum. in 6. & Tiraquell. in Tract. ceſſante cauſa, par. 1. num. 3.

Immo illa dicitur cauſa, cui ratio ineſt.

Nam ſi ratio non ineſt, non dicitur proprie cauſa, ſed abuſiuè. vt idem Tiraquellus eo loci affirmat, numero 10. ex Baldo in cap. monaſterium, de vita, & honeſta. clerico. Decio in cap. cum ceſſante, de appell. & Pariſio conſilio 32. numero 53. 1. volu. per l. ſi ita ſtipulatus fuero te ſiſti. §. vltimo. ibi *(nec raro probabilis cauſa huius ſtipulationis eſt.)* de verbor. oblig.)

219 Ratio inquam, & cauſa uniformiter reſpicit † dicta omnia bona, & omnes, qui uendere promiſerunt: atque ita eundem finem, & effectum.

220 Ergo unus tantum contractus, † non multiplex debet iudicari, & ita intelligi, ac interpretari.

221 Siquidem, † propter vnitatem finis, & effectus, idem † actus re-
222 putatur. l. qui pupillam. §. vltimo, & lege vim paſſam. §. incerti, de adulter. Angel. in lege hos accuſare. §. lege Iulia, in fine, de accuſationibus.

Et duo contractus tendentes ad vnum finem, pro vno habētur. Bal. in l. cum dotem, nume. 4. verſic. item quia. C. de iure dot. & Rimin. iun. conſ. 163. nume. 7. & 8. 2. volum.

223 Idem eſt quando aliquid † venit ad perfectionem alterius: quia non facit per ſe partem, ſed idem corpus eſſe intelligitur. l. gemma, ad exhiben. Imola in rubric. de verbor. obligat. verſiculo tertio eſt deſcendendum.

224 Actus quoque † non ab euentu, ſed à cauſa interpretatur, & iudicādus eſt. l. verum, & l. qui iniuriæ, de furt. l. ſi ſeruus, §. & ſi puerum, ad legem Aquil. Bald. in l. iubemus. C. ad Vell. Socin. conſilio 24. nume. 12. 1. volum. Rimin. conſilio 338. num. 63. Pariſ. conſil. 89. num. 45. 1. vol. Surdus, alios congerens, deciſ Senat. Mantu. 217. num. 3. & vltra eos, Alba conſilio 52. num. 7. 1. volum.

Et quælibet diſpoſitio ex ſua cauſa, & ratione debet regulari reſtrictiuè, vel extenſiuè. ſecundum Alexandrum, Crauettam, & Socinum iuniorem, quos refert, & ſequitur Clariſsimus Mantica in doctiſsimo ſuo tract. de coniect. vlt. vol. libro 6, titu. 14. num. 8. verſicu. & generaliter.

Omnisq́ue diſpoſitio reſtringitur ſecundum cauſam antea explicitam, vel cogitatam. vt ipſe eo loci in fine eiuſdem numeri affirmat, poſt Angelum conſilio 248. numero 2. ad finem, & 3. & conſilio 357. numero 5.

225 Et qualitas contractus † à ſua cauſa interpretatur, atque dignoſcitur. capitu. dilecti 1. circa medium, de accuſa. cap. intelligentia, vbi gl. in verbo cauſis, de verborum ſignific. D. Cephal. conſilio 157. num. 10. 2. volum.

226 Et etiam † ab effectu. ſecundum eundem ibidem num. 11. per l. ſi vno locati. Bald. in l. 2. C. commod. Deci. conſilio 189. aliàs 190. ante numerum 4. verſiculo ſexto. idem Deci. conſilio 413. aliàs 414. numer. 5. & conſilio 682. nume. 12. Ruyn. conſilio 66. numero 18. primo volum. & conſilio 107. in fine 4 volum. Tiraquel. de retract. proximi. §. 32. num. 34. cum ſequen. Alba conſilio 34. numero 7. conſilio 59. nume. 9. conſilio 74. numero 8. & conſilio 81. numero 48. primo volum. Gabriel. alios allegans, conſilio 200. numero 9. primo volum. D. Menoch. conſi. 27. numero 45. primo volum. & conſilio 444. numer. 9. & 10. 5. volum. Pancirol. conſilio 61. numero 11. primo volum. Prætus conſilio 181. numero 26. & conſilio 198. numero 13. primo volum. Rimin. iunior. conſilio 253. ſub numero 4. tertio volum. Surd. conſilio 258. ſub num. 29. 2. volum. Eugeni. conſilio 12. numero 82. primo volu. ex quibus iſtud

receptius eſſe probatur.

Quod procedit,etiam ſi verba repugnent. ſicuti diffuſe ſcripſerunt Roma.conſil. 509.num.1.cum multis ſeq.Natta conſ.110. nu.17. 1.volum.Gabriel.conſil. 200.num. 20.verſi.nec enim,& nu. 21. primo vol. & Rimin.iun. conſilio 776.num. 34. 7. volum.

Nullaque melior ſolet eſſe interpretatio, quam ea, quæ ſumitur ab effectu.vt reſpondit Mandel.conſil. 62.num. 8. & 9. quem ſequitur, & cumulatiſsimè idem confirmat Franciſ.Beci.conſilio 101.ſub num.49. vbi plurimos alios eiuſdem ſententiæ recenſet. & conferunt, quæ ipſe Becius ſcribit conſil. 6. numero 15. cum numeris ſequen. conſilio 96. num. 14 & conſilio 103.num. 26.atque etiam comprobatur ex ijs, quę Ego commemoraui conſil. 1.nu. 31.cum num.ſeq. 1.volum.

Nec mirum, quia eſt probatio ſenſitiua, qua nulla eſt efficacior. vt ait, & ex multorum ſententia, ac copioſè probat Euerard. in loco ab effectu in princ.& ferè per totum. quem ſecutus ſum conſilio 13.num. 88.eodem volum.

227 Et ex prooemio † cauſa finalis contractus colligitur. vt ex notatis per Bartolum in l. 1.in princ.per illum textum,ad Macedon.& in l.vlt. de hæred.inſtitu.& alijs ſimilibus authoritatibus firmauit Deci. conſ. 600.num. 1.& 2.Natta conſilio 609.numero 12. 3.volum. illiſque accedunt plurimi,quorum mentionem faciunt, eorum ſententiam ſequẽtes,Tiraquel. in tract.ceſſante cauſa limit.prima,nume. 64.D.Decian. conſil. 3.num.116. 1.volum.& conſilio 7.nume.17.eodem volu.Rimin. iun.conſilio 295.num.8.3.volum.& conſilio 556.num.123.5.volum. D.Menoch.de præſump.lib.6.præſump.2.per totam:præcipue nume. 11.Burſat.ex communi conſil.345.num.5.4.volu.& Ioan.Vinc. Hondedeus conſil.48.num. 15.1.volum.

Quæ finalis cauſa in contractibus debet attendi, & non verba. l. 1. C.de condit.ob cauſ.& l.tale pactum.§.fin.de pac.& ita his legibus aſſerit D.Decian.conſilio 31.nu.168.1.volum. vbi etiam Socinum conſilio 251.num.6.verſ.comprobatur.2.volu. & Decium conſi. 350.nu. 4.& conſil. 351.ſub num.4.& 5.allegat.

228 Quodque ex præfatione,& principio inſtrumenti † arguatur,partes voluiſſe vnicam emptionem contrahere,in terminis,conſulendo ſuper controuerſia vertente in hac Ciuitate Brixiæ, egregie reſpondit multis nominibus præclariſsimus, & ſapientiſsimus Vir D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſi.76.numero 3. & 4. lib. 1.

229 Et hoc ea ratione † iuuatur, quandoquidem contrahentium mens,

230 † & intentio ex præfatione colligitur.Rota Genuenſis deciſ. 31. nu. 8.

poſt Be-

poſt Beroium conſil.40.num.36. & alios ibidem relatos, idemq; probat D.Decian.conſil.3.num.116.1.volum.

231 Et contractus † à ſua cauſa expreſſa regulatur, atque reſtringitur.l. ſi de certa.C.de tranſact.Caſtren.conſil.148.numer.2.1.volum.in nouiſ. Iaſ. conſil.84.verſi.ſexto pro eadem.3.volum.Deci.conſil.379.numero 5.alios ad hoc congerit,& ſequitur Bertazzol.conſil.ciuili 2.nu.16.&17.1.volum.

Cauſa autem ea eſt, quæ id efficit, cuius eſt cauſa. vt ex Carneade ſcribit Cicero in lib.de Fato, Tiraquel. in tract. ceſſante cauſa,part.1. ſub num.2.

Sicuti vulnus eſt cauſa mortis: cruditas morbi: ignis ardoris.

232 Et ex cauſa finali † interpretatur etiam,& iudicatur, an res ſit diuidua,vel indiuidua. vt explicat Soci.iun.in l.4.§.Cato,numero 127. de verbor.oblig.poſt Speculatorem in tit.de fruct.& intereſſe,§.1.verſic. ſed quid ſi debeo,numero 7.& Baldum in l. 3. in primo. not. C.de inſt. & ſubſt.idem ſentiunt Socin.Seni.conſilio 18.num.41.1.volu. & Pariſ. conſil.66.num.3.1.volum.

Licet diuiduum proprie dicatur,quod poteſt pro parte; Indiuiduũ, quod non poteſt pro parte præſtari.l.2.§.harum, l.4.§. Cato, l. in executione,& l.ſi is qui 400.de verbor.oblig. quibus iuribus ità præcisè declarat Caballi.in tract.diuidui,& indiuidui,par.2. ſecundæ par. numero 201.258. verſicu.diuiduum, 269.& 276.& in 3.par. numero 21. & 53.

Cum igitur hoc noſtro in caſu idem ſit contrahentium finis, atque eadem emendi, & vendendi cauſa; Inde ſequitur,quod, tanquam vnicus contractus,cum pro octaua parte, quæ alienari non poteſt, perfici nequeat,in totum reſoluendus eſt.iuribus ſuperius allegatis.

Et etiam,quia ubi agitur de reſolutione actus, non poteſt pro parte reſolui,pro parte non, ſed in totum diſcedi ab eo, uel diſtrahi debet,& in totum offerri,integraque omnium reſtitutio,atq; diſtractio: Et hoc ſiue agatur de reſoluendo ipſo iure.l.quod ſi uno, de in diem addic. Siue per uiam actionis,uel condictione indebiti, uel repetendo ex cauſa non ſecuta.l. ſi quis aliam, de ſolut. Vel redhibendo.l. cum eiuſdem.l. plerunque,de ędilit.edic.l.cum te. C.de pact.inter empt.& uend.Siue per uiam reſtitutionis in integrum.l. Tutor.§.primo, de minor. quibus legibus,& ex ſententia Ludouici,ita nominatim declarat Burſat. conſ. 370.numero 41.4.uolum.

DECI-

DECIMO.

233 CONtractus, ob defectum cauſæ finalis, † prorſus uitiatur, & redditur nullus. l. tale pactum. §. ultimo, de pac. l. 1. C. de condit. ob cauſam, & in ſpecie docet Bald. in l. nec apud. C. de hæred inſtit. quem ſequitur Deci. conſil. 350. num. 4. conſilio 351. aliàs 352. num. 5. conſilio 475. num. 32. & conſilio 600. nu. 7. qui refert eundem Baldum alibi idem firmantem, ac etiam Bartolum, Caſtrenſem, Cumanum, & Fulgoſium. ita etiam no uiſsimè tradit Surd. deciſ. Senat. Mantu. 300. num. 2. argumento l. 2. §. fin. de donat. & ex ſententia Caſtrenſis, & Cagnoli in authentica qui rem num. 14. C. de ſacroſanct. eccl.

His accedunt Oldra. Abb. & alij, quorum meminit, idemque reſpondit Bero. conſil. 140. numero 42. 1. uolum. & conſilio 180. nu. 41. & 43. 2. uolum. Crauet. conſil. 192. num. 22. & conſ. 246. numero 2. D. Cephal. conſilio 674 numero 67. 5. uolum. & ultra eos Pariſ. conſ. 12 nume. 97. 2. uolum. Alba conſilio 77. ſub nume. 28. 1. uolum. & Beci. conſilio 45. numero 2. & 29.

Qui Becius in confeſſo eſſe affirmat, quando illud, quod non eſt ob-
234 ſeruatum, fuit cauſa finalis, contractum, † etiam nominatum, reſcindi per uiam actionis, ob defectum cauſæ finalis non ſecutæ. allegat l. cum te fundum, & ibi Baldum, Caſtrenſem, & alios. C. de pact. inter emp. & uend. Salycetum, & reliquos in l. 2. num. 4 C. de condit. ob cauſam, nec non Abbatem, Corneum, Ruynum, Beroium, Crauettam, & Boſsium, alibi idem docentes, ex quibus iſtud communiter receptum eſſe probatur. & etiam eos ſequitur Surdus deciſ. Senat. Mantu. 220. numer. 18. uerſic. quinimo, & nume 19. ita quoque ex communi omnium opinione, plures allegans, reſpondit Burſat. conſilio 191. numero 10. & 11. 2. uolum. Crauetta etiam conſilio 192. numero 22. alijs legibus, & authoritatibus hoc idem confirmat, et conſilio 246. nume. 2.

235 Vbi, et numero 3. extendit habere locum, † etiam in contractu, in quo agitur de pluribus rebus ſeparatim.

236 Ea † ratione.

237 Quia non tenetur contrahens, † niſi ſibi impleatur integraliter, quãdo vno pretio res omnes emptę ſunt, nec vnam ſine alia quis empturus fuiſſet. & ad hoc adducit l. ſi duos, de contrahen. empt. & Imolam conſilio 39.

238 Et quod contractus nominatus † reſoluatur vbi deficit cauſa finalis, ſine

ſine qua quis contracturus non fuiſſet: probat idem Crauetta conſilio 299.numero1.

239 Et non ſolum contractus, † ſed etiam obligatio reſoluitur quando efficaciter non eſt ſecuta cauſa finalis, propter quam fuit promiſſum.

240 Et datur repetitio † ex capite cauſæ non ſecutæ.l.cũ à te, C. de pact. inter emp.& vend.notantque Barto.& omnes in l.fin.de condit.cauſa data.vt refert,& ſequitur Grat.conſ.77.num.15.1.uolum.

241 Qui etiam aſſerit, quod ſi promiſſori datur actio † ad reſoluendum, ſeu tollendum contractum, multo magis competit exceptio, ſi conueniatur.

242 Illa † ratione.

243 Nam cui datur actio, † multo magis exceptio. l. inuitus. §. cui damnus, de reg.iur.l.1. §. quod ait, de ſuperficiebus.l.3.C.de condit.indeb. & c. qui ad agendum, de reg.iur.in 6.

Cumque ſupra in nono fundamēto probauerimus, cauſam finalem colligi ex proœmio,& præfatione inſtrumenti,conſtetque illam deficere,vbi omnia bona,in eo deſcripta, in emptorem nō transferuntur,ſed tantum pro parte: Illud conſequens eſt, quod huiuſmodi contractus prorſus vitiatur, & in totum reſolutioni ſubiacet.

Cauſa enim attendenda eſt,tanquam fundamentum ipſius conuentionis:maximè quando eſt expreſſa. vt inquit D.Decian. conſ.39. ſub numero 107.2.volum.ex Baldo in cap.& ſi Chriſtus in fine, de iureiuran.per l.vltimam. de hæred.inſtitu. &l. cum pater, §. dulciſsimis, de leg. 2.

244 Comprobatur, nam cauſa finalis † dicitur etiam illa, quæ totam reſpicit diſpoſitionem,& influit in omnem eius effectum. vt,poſt Baldũ, declarant Corne.conſilio 35.num.2.verſic.& voluit.3.volum.Crauet. conſilio192.num.21.verſi.illa dicitur, Tiraquel.in tract.ceſſante cauſa, limit.1. num.28.& Beci.conſil.45.num.30.

Vel ex cuius radice oritur obligatio.l.damus,de conditi. indeb. per quam legem ita explicant Bal.in l.1.numero12. C. de falſa cauſa adiec. leg.& Rimin.iun.conſil.694.nume.9. 6.volum.&,vltra eos, Tiraquel. d.limit.1. num. 34.

Præterea Becius in memorato conſil.45. ſub nume.30.ex ſententia Baldi conſilio 340.numero 4.verſi.porrò omnis cauſa.3.volum.& So-
245 cini, opinatur, cauſam finalem † illam dici, ſine qua alias quis contra-
246 cturus non erat:vel † non eo modo, niſi cauſa illa fuiſſet.addo Corneũ, Bertrandum, Nattam, Crauettam,& Rolandum à Valle, quos refert, & ſequitur Rimin.iun. conſilio 338.nume.56. 3.volum.& conſil.599. num.39.

numero 39. quinto volum. Prætus conſil. 71. numero 27. primo volum. D. Decia.conſil.41. numero 20. primo volum. Vbi etiam numero 21. verſic. & iſta, concludit,

Huiuſmodi cauſam, ſine qua quis contracturus non fuiſſet, extendere, reſtringere, & declarare diſpoſitionem, & principaliter attendendam eſſe. dicens de hoc eſſe optimum textum in l.cum eiuſdem.§. interdum, de ædeli. edict.ibi (*cum manifeſtum erit non niſi omnes, quem empturum eſſe, vel venditurum fuiſſe.*)

Et loquitur Becius dicto loco de locatione, & de obſeruantia pactorum in ea appoſitorum.

247 Concludens, quod iſta ratio pactorum ſeruandorum † eſt generalis ad totum contractum, & in ipſum vniuerſum influit. idem firmauit D. Decia. conſil.41.numero 20.& 21. primo volum. neque aliter ſenſit Burſatus cum alijs ab eo memoratis conſi.345.numero 6.verſic.4. volum.4.

248 In dubio etiam cauſa, † quæ principaliter fuit expreſſa, & conſiderata, finalis cenſetur. l. prima in princip. ad Macedon. cum ſimilibus, quibus, poſt Bartolum, & Decium, ita reſpondit Bero. conſil. 180. numero 42. 2.volumine.

Et quæ debet eſſe ſecundum iuris rationem. vt dicunt Bald. in l. eam quam ſub numero 1. C. de fideicommiſſ. & præſtantiſsimus Mantica loco infra allegando.

249 Sic quoque cauſa illa † præſumitur finalis, quæ reſpicit commodum promittentis. Grat. conſil.77. numero 4. primo volum.ex notatis in l. ſi fundum per fideicommiſſum, de leg. 1. & in l.demonſtratio. §. quod autem. de condit. & demonſtrat. idem probat Burſat.conſil. 345. numero 6.verſic.ſecundo, quarto volum.

Immo etiam cauſa, quæ reſpicit commodum vtriuſque partis, debet cenſeri finalis. ſicuti ex Alexandro tradit Iacob. Emil. conſil.79. numero 22.

Illa quoque cauſa intelligitur eſſe finalis, qua poſita in eſſe, voluntas diſponentis in eſſe ponitur, & ea ceſſante, ceſſat conſenſus. quemadmodum ex l. fi. de hæred. inſtit. docet Bald. in l.prima num. 1. verſ. item poni poſſunt. C. quando non peten. par. quem ſequitur Iacob. Emilia. conſil. 10. numero 4. verſic. & quod.

Idemque Emilianus eodem in loco ſcribit numero 3. quod cauſa finalis requirit implementum, ſicut conditio. l. quibus diebus.§.fin.de condit.& demonſtrat.

Et eſt fons omnium cauſarum. vt ex Baldo in l.eam quam ſub numero 1.

mero 1. C. de fideicommiſs. obſeruat Doctiſs. Mantica in ſuo elegantiſs. & eruditiſsimo tract. de coniect. vlt. voluntat. lib. 6. tit. 14 num. 7.

Et eſt illa, quæ patefacit principalem intentionem contrahentium, & ampliat diſpoſitiones. vt not. in l. vltima, de hæred. inſtit. l. cum pater. §. dulciſsimis, & l. præter filium. §. fundum, de leg. 2. quibus legibus, poſt Decium, & Pariſium, ita reſpondit Gabriel. conſilio 127. numero 44. primo volum.

Atque eas omnes regit. ſicuti varijs in locis dixit Baldus, cuius meminit, & illum ſequitur D. Decia. conſil. 7. numero 21. primo vol.

Cum omnis agens agat propter finem. ſecundum eundem ibidem, & Philoſophum in ſecundo Phyſicorum.

Et ipſa finalis cauſa vocatur ſubſtantia, & forma actus:

Ac prima eſt in intentione, & vltima in executione. vt, poſt Baldum, aſſerit idem D. Decian. d. conſil. 7. num. 21. in fine, & 22.

Atque nobilior eſt omnibus, quæ ſunt ad finem. ſecundum Philoſophum in 3. Topicorum, idemque aperte colligitur ex l. etſi non ſint. §. perueniamus, de auro, & argen. leg.

Et quandoque plus comprehendit ex mente, quam ex verbis. vt inquit excellentiſs. Mantica d. lib. 6. tit. 14. numero 9. poſt Baldum conſ. 51. num. 6. in fine, 5. vol. per l. fideicommiſsa. §. interdum, de leg. 3.

Præſumiturque in dubio, quod ſit finalis. ita firmante M. Ant. Eugenio conſilio 17. numero 4. primo uolum. ex l. cum tale. §. falſam vbi Bald. & alij, de condit. & demonſtrat.

In caſu autem noſtro res ipſa ita ſe habet: quia in eo agitur de ob-
250 ſeruantia pactorum reſpectu octauæ partis, ſine quia emptor † reliqua bona emere non promiſiſſet. l. quod autem. §. vltimo, & l. ſequen. de in diem addic. l. fundus ille, de contrahen. empt. l. ſi quis aliam, de ſolut. & latius hac de re inferius diſſeremus, & idem copioſe, pleneque probabimus.

Expreſſa quoque eſt in hoc contractu cauſa illa, quam in præcedenti fundamento perpendimus.

251 Ergo quod ſuperius deciſum eſt in locatione, † etiam in uenditione ſibi debet locum uendicare.

252 Ratio † eſt.

253 Quoniam de una † ad alteram recte arguitur. ut in primo contrariæ opinionis argumento oſtenſum eſt. atque idem probatur ex infra dicendis.

Et ita quoque, poſt Bartolum, & Baldum, arguunt Barbatia conſil. 36. ſub numero 18. ſecuudo uolumine, & Boſsius in titulo, de remiſs.

miſ. merced. conduct. ſub numero 21. 42. & 43.

254 Sic etiam procedit argumentum † de locatore ad uenditorem, & è contra. ſecundum Beroium conſil. 137. numero 3. primo uolumine, per l. 1. de contrahen. emp. & l. item ſi pretio in fine, locati.

255 Cùm hi duo, emptionis ſcilicet, & locationis, contractus † pari paſſu ambulent, ijſdemque iuris regulis conſiſtant. ut in dicto primo contrariæ opinionis argumento probatum eſt.

Et idem comprobatur authoritate Angeli Aretini inſtitut. tit. de locat. in princip. in primo not. per illum textum, & per §. pretium in fine inſtit. tit. de empt. & uend.

256 Cum dixit, quod locatio, † & emptio fraternizant.

257 Et ſtatutum † in vna, intelligitur etiam diſpoſitum in alia. & Angelum ſecuti ſunt Petrus Monchada in addit. ad Gozadinum in l. 2. ſub numero 198. litera E, C. de pact. inter empt. & vendit. ex l. locatio, locati. Bero. conſilio 140. numero 5. primo volum. D. Cephal. conſilio 718. numero 13. quinto volum. Rimin. iun. conſilio 40. nume. 32. primo volum. M. Ant. Eugeni. conſilio 50. numero 18. primo volum. & Surd. conſil. 150. num. 127. in fine primo volum.

Quia æquiparantur. vt ipſe Surdus eo loci affirmat, num. 128. ex l. veteribus, de pact. atque idem comprobatur ex pluribus egregie congeſtis à Preſtantiſsimo exacta, illuſtrique doctrina Viro, D. SYLVESTRO ALDOBRANDINO in §. 1. numero 12. 13. & 14. inſtitut. tit. de auth. tut.

Et ideo Boſsius in tit. de remiſs. merced. conduct. arguendo, de vna ad alteram numero 42. in fine, & 43. concludit, quod ſicut ex defectu inſtrumenti, emptor poteſt ab emptione diſcedere. l. ædiles aiunt, in princip. & §. vendendi, de ædel. edict. Ita conductor: cui etiam locator ad traditionem inſtrumentorum tenetur. l. ſed addes. §. illud, locati. Bald. in l. 2. in fine. C. de verb. ſignifi.

VNDECIMO.

APparet quoque ex principio eiuſdem inſtrumenti, & alijs verbis in eo prolatis, iura omnium venditorum in bonis contentioſis eandem habere originem.

258 Illa autem † indiuidua eſſe interpretantur, quibus eadem eſt origo. vt ait Crauet. conſil. 936. numero 27. & conſilio 990. ſub num. 42. per l. ſi ita ſcriptum. §. regula, de lib. & poſt. l. vnum, de teſtam. & ex traditionibus Cyni, & Baldi, in l. quidem elogio

gio numero 18.verſic. & confirmatur, quia appendices, C.de iure delib.& in repet.l.edita num.94.quæſt.5.C. de edendo.

259 Et quando indiuidua eſt obligatio † ex parte promiſſoris, cenſetur etiam indiuidua ex parte ſtipulatoris. vt ex communi reſpondit Socin.conſil.16. num.40. verſic. quoniam ad hoc. 4. uolum. per l 2.§.ex his igitur ubi Bart.& omnes, & in l.4.§.Cato, de uerb. obligat.

Ergo, cum pro parte unius effectum ſuum huiuſmodi contractus ſortiri nequeat, in totum reſoluendus eſt.

DVODECIMO.

IN eodem inſtrumento promiſsio emendi, & uendendi bona, de quibus agitur, appellatur mercatum, & concluſio in numero ſingulari, ut legitur ibi *(ad infraſcriptum mercatum, & concluſionem deuenerunt)* & ibi *(& comprahendantur in præſenti mercato, & ſub pretio infraſcripto.)*

260 Quibus uerbis manifeſte probatur, † quod contrahentes habuerunt omnes res ſimul pro uno mercato, & contractu. ut in terminis, ad oſtendendum unitatem contractus uenditionis, & quod emptor

261 † partem dictorum bonorum non emiſſet ſine alijs, extat deciſio, & reſponſum Decij conſilio 421. num.4. uerſic.quia unam, & uerſic. & ita, quem ſimpliciter ſequitur Boerius deciſ. 251. numero 1. uerſic. & Deci. Burſat. conſil.176. num.34. 35. & 45. uerſic. qui dum 2.uolum.& conſil.340. numero 7.uerſic.3. uolum.3. ubi allegat etiam Cępollam,in l. cum eiuſdem numero 4. de edelic. edic. idem Ego ſcripſi conſil.29.num.168. 4.uolum.

262 Confirmatur, ſiquidem interprętanda eſt promiſsio † ſecundum finem, ad quem fuit principaliter ordinata. ut ex l.1.§ non autem omne, de flum.l.2.§.quod autem diximus, ſi quis caut. Signorolo conſil. 149. numero 6. & Neuizano conſil. 87. numero 22. obſeruat Surdus conſil.3.num.23.1.uolum.

Conſtat autem ex uerbis ſupra,& infra relatis,promiſsionem emendi, & uendendi ordinatam eſſe ad hunc finem, ut omnia bona, uendi promiſſa, in emptorem transferantur, unuſque contractus celebretur.

Ergo cum pro parte conſiſtere non poſsit,in totum eſt reſoluendus, & emptori à toto diſcedere licet.

E DECI-

DECIMOTERTIO.

QVamuis plures ſint uenditores , & de partibus ſingulorum prius in inſtrumento diſtincta mentio facta ſit, per expreſsionem octauæ partis cuiuslibet, & per illa uerba *(& quilibet eorum proportionibus ſuis , de quibus ſupra*
263 *reſpectiuè ,)* unus tamen cenſetur contractus , † & unica promiſsio uendendi .

264 Tum quia, plures † actum ſimul facientes , uidentur alter alteri conſentire. ut ait Bero.conſil.64.numero 10. primo uolum. poſt Imolam in l.cum pater. §. Libertis,in primo not. de leg.2. idem probat Socin.couſil.200.numero 2.uol.2. ex l. Titius, & l.Lutius Titius,quibus mod. pign. uel hypot. ſol. et alijs legibus , et authoritatibus ab eo allegatis. et ex Corneo , Curtio iuniore , et Ruino ita etiam tradit Ioan. Ronchegal. in l. eandem in prin.nu.49. uerſ. maxime,de duobus reis.

Tum etiam quoniam , omnes venditores ſunt in ipſo contractu ſimul coniuncti . vt perſpicue probatur ex illis verbis *(præfatus Multum Illuſtris D. Comes Io.Dominicus , & alij ſupra nominati &c. conuenerunt , & promiſerunt , ac promittunt de vendendo præfato Illuſtriſsimo D. Comiti Franciſco præſenti &c. prædicta omnia eorum bona &c.)*

265 Quibus conſta,†omnes eſſe poſitos in eadem oratione, & ob id† dici , & eſſe verbis coniunctos. l. re coniuncti , verſiculo item verbis, de leg.3.l.triplici, de verb ſignific.l.ſi ita quis hæredes,de hæred.inſtit.l. ſi duobus.§.vlt.de leg.1. Bar.in d.l.re coniuncti num.11.Iaſ.num.74. Ripa num.2.verſ.verbis coniuncti, & nu.44.& alij à me allegati conſil.38.num.4. 2.volum.inter quos Vaſquius , Bolognetus, & Craſſus, de communi atteſtantur.

Et ibidem num.5. & 6. ſcripſi , quod virtus coniunctionis verbalis
266 † conſiſtit in vnitate verbi , ſeu in identitate orationis coniungentis, non autem in copula.

267 Ratio † eſt,

268 . Quia copula † coniunctionem confirmat, nòn inducit.l.vnica.§.ſin vero quidem,verſ. hoc ita tam variè,C.de cad.tollen.l.ſicut in annos. §.1.quibus mod.vſusfruct.amit.& l.Meuio in princ.& ibi egregie declarat Bar.ſub num.1.de leg.2.& hęc opinio communiter recepta eſt, teſte Bolognetto in d. l. re coniuncti num.187. verſ. tertium eſt exemplum,& Craſſo in §.ius accreſcendi, quæſt.4.num.2.

Et multo magis cenſentur coniuncti,cõcurrente etiam copula(&) quæ hoc in caſu adeſſe reperitur.

Nam

269 Nam huiuſmodi copula, † ex ſui natura, copulata coniungit. d. l. ſi duobus, de leg. primo, l. ſi Titio, de vſufruct. accreſcen. d. l. re coniuncti, de leg. 3. & l. vnica §. his ita. C. de cad. tollen.

270 Et quando plura copulantur† reſpectiue ad vnum effectum, habentur loco vnius.

271 Quia † vtrunque † debet exiſtere. vt Bartolus docet in l. ſcire debe-
272 bemus numero 2. de verbor. obligat. & probatur ex l. ſi hæredi plures, de condit. inſtit. & §. ſi plures conditiones, inſtit. tit. de hæred. inſtit.

Et ideo promiſsio, facta duobus copulatiuę, de bonis, quæ promittens haberet tempore mortis, non valet, altero tunc non extante. vt probat Rimin. iun. conſil. 600. num. 9. & 10. 5. vol.

273 Plura etiam diuerſa † ſimul iuncta, pro vno habentur: & vnum
274 † ſine alijs conſtitere non poteſt. l. ſed etſi plures. §. filio, de vulg.
275 Et vbi duo propter vnum, † ibi vnum tantum eſſe dicitur. l. quominus, de flum. l. cum actum, de neg. geſt. & c. translato, de conſtit. Neuizan. conſilio 50. ſub numero 23. Rimin. iun. conſil. 163. ſub numero 8. ſecundo volum.

Et quando etiam plura capitula facta ſunt ex eadem cauſa, ad eundem effectum, & vnum tendit ad qualificationem, vel peremptionem alterius, non diuerſa, & ſeparata, ſed connexa dicuntur: etiam ſi facta ſint diuerſo tempore. Signorol. & Fulgoſ. conſil. 7. numero 5. inter conſil. Boerij, vt meminit, & ſequitur Surd. deciſ. Senat. Mantu. 258. num. 10. verſic. quod autem, & num. 11.

Subdens, regulare eſſe, quod vbi multæ obligationes reflectuntur in idem factum, & ſe inuicem reſpiciunt, vnaque facta eſt contemplatione alterius, connexæ dicuntur, & non ſeparatæ. vt, poſt per multos ab eis relatos, firmarunt Beci. conſilio 45. numero 31. Rolan. à Val. conſilio 69. numero 44. volumine 4. Bello. conſilio 46. numero 11. Rota Romana, Natta, Oſaſcus, & alij à Surdo, vbi ſupra memorati.

Quibus accedunt Bartolus, & alij, quos refert, & ſequitur Iacob. Emilia. conſ. 75. num. 2. 3. & 12.

Connexa etiam ſunt, quando ratio vnius ab altero diſcerni non poteſt: vel quando ab eadem cauſa, aut ratione procedunt: vel alteri adhærent, vt neceſſario ex eo ſequantur. ſecundum Imolam, Aretinum, Decium, & Crauettam, de quibus mentionem facit, atque idem aſſerit Marcus Antonius Eugenius conſilio 70. numero 11. primo volum.

Aut vbi vnum venit ad perfectionem alterius: vel venit in neceſſarium conſequens ad illud. quemadmodum declarat Hier. Magonius deciſ. Rotæ Florentinæ 89. numero 11. poſt D. Menochium, de arbit. iud. lib. 2. centur. 1. caſu 95. num. 5. 8. & 16.

Et quæ connexa ſunt, vnius loco iudicantur, inſpecta perfectione, cuius vnus omnium eſt finis, vt ait Magoni. d. deciſ. 89. nume. 10. & latius ante eum Cęſar Contardus in repet. l. vnicæ, prima limit. numero. 33. C. ſi de momen. poſſeſs. fue. appel.

Atque vbi duæ cauſæ ſunt connexæ ad eundem finem, requiritur concurſus omnium. Neuiz. conſi. 50. num. 23. poſt gloſſam ſecundam in cap. 1. de reſcrip. Bartolum ad reprimendum verſic. ne quid eorum, & alios, quos commemorat.

276 Et de connexis † idem eſt iudicium. vt ex pluribus probant Afflict. deciſ. 213. numero 3. Caſſane. conſil. 1. par. 5. numero 28. 29. & 30. Iacob. Emilia. conſil. 75. numero 1. 3. 10. & 15. Prętus conſil. 93. nume. 39. conſil. 91. numero 26. primo volum. Rimin. iun. conſil. 756. nu. 26. 7. vol. Marcabrun. ab Anguil. conſ. 92. nu. 5. 1. uol. Surd. conſi. 196. nu. 9. 2. vol. Magoni deciſ. Rotę Florent. 89. nu. 10. & Contard. in d. l. vnica limit. prima nu. 33. verſic. & ideo, C. ſi de moment. poſ. fue. appel.

Et in connexis pars operatur reſolutionem totius, ſeu vitiat totum, vt per eundem Contardum ibidem, poſt Baldum in cap. literæ numero 2. de dilat. & Gulielmum Maynerium in l. res iudicata, num. 38. de reg. iur. idem ſenſit celeberrimus Mantica, de coniect. vlt. voluntat. libro 5. tit. 12. numero 31. allegans Romanum, & l. filio. §. matri, de adim. leg.

Et quod fit de vno, fit de alio. c. ſi quis obiecerit prima quæſtio. 3. Bald. Deci. & Crauet. quos congerit, & ſequitur Prætus conſilio 93. num. 39. primo volum.

277 Vſque adeo, quod contractus, † ob connexitatem, reſoluitur in to-
278 tum: ſicut † ob incertitudinem: Et alijs modis, † quibus præcipua
279 quadam cauſa conſtituitur indiuiduum. vt docet Guliel. Mayner. in l. ea quæ numero 10. de reg. iur. cuius meminit, & cum eo reſidet Bertazzol. conſil. ciuili 54. numero 8. primo volum.

Reſoluitur quoque decem alijs ex cauſis, memoratis à Petro Gregorio Tholoſano in Syntagmate iuris vniuerſi, lib. 50. cap. 6. ſub numero 3. par. 3.

280 Comprobantur prędicta, nam plures † ſimul coniuncti vnius perſonæ poteſtate funguntur. vt ait Vlpianus in l. plane. 1. de leg. 1. Imola in l. quod Sabinus num. 4. de hæred. inſtit.

Et

281 Et, propter vnitatem ſermonis,quaſi † in vnum corpus redacti cenſentur. vt dicit Imperator in l.vnica.§.his ita definitis, verſic. hoc ita tam varie.C.de cad.tol.

282 Neque dicuntur omnino re diſiuncti,† etiam ſi de partibus ſingulorum in contractu pro indiuiſo mentio facta ſit.

283 Quia † licet huiuſmodi partes ſint in eo diſtinctæ, per expręſsionem, quod ſunt octo, & per alia verba ſupra relata, adhuc tamen ſunt
284 inuicem confuſæ, † adeo vt intellectu magis poſſunt percipi, quam ad oculum demonſtrari. l.Meuius.§.duobus, alias duorum, de leg.2.per quam legem ita declarat Bar.in pręallegata,l.re coniuncti numero 23. verſic.aut in re, de leg.3.quem omnes, nullo excepto, ſequuntur. vt firmarunt Vaſquius de ſucceſ. progreſ.lib.3.§.21.numero 50.Craſſus in §.ius accreſcendi quæſt.8.numero 3.& 4. & Excellentiſsimus Mantica de coniect. vlt.volunt. lib.10.tit.3.num.7.verſi.quemadmodum, & numero 8. quos Ego commemoraui, & ſecutus ſum conſil.38.nu.9. cum tribus ſeq. & num.15.&17. ſecundo vol.

Quibus nunc accedit Caſtrenſis in l. 1. numero 4. verſic.nam cum. C.commun.vtriuſque iud.

285 Dicens, quod in quolibet ceſpite terrę † quilibet habet partem pro indiuiſo; quæ non poteſt ad oculum demonſtrari. d. §. duobus, idem docuit Lambertegnus de contract.in fine pag.493.numero 250.

Ergo ab omnibus venditoribus facienda eſt venditio:& ſi non fiat, contractus, tanquam vnicus, & indiuiduus, reſolutioni debet in totum ſubiacere.

286 Nam indiuidui partem faciens, † nihil feciſſe videtur. l. 2. §. & harum, verſic. nam etſi, de verb. obligat. l. ſi ita fuerit ſeruis duobus.§. quæſtio hæc, verſic. ſi vero, de manum. teſta. l.vnus, C. de diſtract. pign.l.prima. C.de luit. pign. Grat.conſilio 82.num.17.2 vol. & Arnal.de agnoſcen.aſſer. hęret. quæſt.32.num. 10.

Idem comprobatur alijs legibus, & authoritatibus à me allegatis conſilio 1. numero 248.cum duobus ſeq. primo vol.conſil.1.num.26. & 27. 3.vol.& conſil.27.num.124.4.uol. Quibus accedit Lancelottus Gallia conſil.72. num.41. primo uol.

287 Et indiuidui parte irritata, † totum irritatur. vt ait Dynus in c.vtile ſub numero 4. de reg.iur. in 6. per l.primam.§. item quæritur, & §. Trebatius, de aqua quot. & æſti. l. pecuniæ fęnebris cum ibi not. de vſur. l. ſi ſeruus. §. bonæ, de condit. furt. & l. quemadmodum C. de agricol. & cenſit. libro 11. idem Ego ſcripſi conſilio 27. numero 125. quarto volum.

Et in ſententia indiuidua, ita etiam ex communi firmat Vanti. de nullit. in tit. de nullit. ex defect. iuriſdic. numero 35. & in tit. de nullit. ex defec. proceſ. ſub numero 100. quem ſecutus ſum conſilio 29. numero 174. verſic. & in ſententia, quarto volum.

288 Interprętationemque diuiſam, † & diuerſam non recipit vnitas ſermonis. ſicuti ex ſententia Baldi, & aliorum, aſſerit Grat. conſilio 64. numero 3. primo volum. & idem Ego probaui allegato conſilio 29. num. 175. 4. uolum.

Et ideo uidemus, quod ſi ſententia indiuidua, eſt appellabilis in vna parte, cenſetur appellabilis in totum. vt reſpondit Fabius Turrettus conſil. 45. numero 20. ſecundo uolum. poſt Puteum deciſ. 323. lib. 1. & Gabrielium conſil. 56. num. 7. & ſeq. primo uolum.

DECIMOQVARTO.

289 QVælibet conuentio, & promiſsio, etiam iurata, † eam recipit interprętationem, ut intelligatur rebus ſic ſe habentibus, & donec in eodem ſtatu permanſerint. l. quod ſeruus iuncta gloſ. ultima, de condit. cauſa data, alias de condit. ob cauſam. l. continuus. §. cum quis, de uerbor. obligat. l. quæro. §. inter locationem, locati, c. ne quis zz. quæſtio. z. & c. quemadmodum, de iureiur. Corne. conſilio 48. ſub nume. 3. uolum. 3. & conſil. 300. numero 4. uerſic. tamen debet 4. uolum. Alexan. conſil. 71. numero 8. quinto uolum. Pariſ. conſil. 24. numero 72. & 73. ſecundo uolum. & prius conſil. 72. num. 45. primo uolum. Neuiz. conſil. 51. numero 15. & 16. & conſil. 62. numero 28. Alciat. conſil. 72. numero 3. D. Cephal. conſil. 118. numero 31. primo uolum. Rolan. à Val. conſil. 7. nu. 57. 3. uolum. Oſaſc. deciſ. Pedemon. 91. num. z. idem Ego reſpondi conſ. 39. nu. 94. 1. uol. ubi non nullos alios commemoraui.

Quibus addo Baldum, Ancharanum, Abbatem, Socinum, Decium, Gozadinum, Marſilium, Parpaliam, Nattam, & alios, quorum mentionem faciunt, & eos ſequuntur magnus ille, & acutiſsimi ingenij Vir D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſil. 93. nu. 5. lib. 1. Rubeus conſ. 147. nu. 3 Pariſ. de Puteo, de Syndicatu uerſ. ſubijcio nu. 3. Ludouic. Zuntus in Reſponſo pro uxore nu. 950.

Dicens (poſt Socinum Iuniorem, & Tiraquellum) habere locum in omni diſpoſitione. Alba conſilio 76. numero z. primo volumine. Rimin. iun. conſilio 56. numero 74. cum duobus ſequen. primo uolumine conſil. 262. numero 3. 25. 26. & 27. 3. uolumine conſil. 392.

num 33.

numero 33. quarto volum. & conſil. 798. numero 14. 7.volum. Prætus conſil. 137.num. 120.& conſil. 186. numero 19. primo uolumine. Burſat.conſil. 284.num.7. 3.volum. Redoa. de Simoni. par.2.cap.5. numero 25. Bertazzol. conſil. ciuili 80. num. 8. primo uolum. D. Decia.conſil.19.num.173. 3.volum. Fabius Turrett.ex communi, conſil. 63.numero 10. ſecundo volum. Marcabrun. ab Anguil. conſil.93.numero 49. et 51. primo volum.Io.Vinc.Hondedeus conſil. 18.num.46. 1. volum. Anton. Gama deciſ. ſupremi Senat. Regni Luſitaniæ 349. nu.6. Camil. Borellus Oliuetanus conſil.49. num.76. centur. prima, nouiſsime Surd. deciſ. Senat. Mantu. 289. num. 11. cum numeris ſequen. & Pancirol. conſil.16.numero 1. & 2. primo volum.

290 Qui etiam eodem in loco affirmat, iſtud illa † ratione receptum eſſe.

291 Nam quæ de nouo emergunt, † nouo egent auxilio. l. prima, in princip. de ventre inſpici. l. de ætate. §. ex cauſa, de interrog. act.l.ſi ab arbitro cum gloſ. vltima, qui ſatis. cog.

Rerumque mutato ſtatu, & noua cauſa accedente, contractus ſeu diſpoſitio ceſſare debet. vt copioſe probat Natta conſil. 525. num.16. & duobus ſequen. 3. volum. quem ſequitur Ludouic. Zuntus in Reſponſo pro vxore numero 951. idem docet Tiraquel. in l. ſi vnquam in præfatione num.163. & 164. C. de reuoc. donat.

Vbi alios allegat, & concludit, nil adeo eſſe præciſum, firmum, immobile, quin ſemper intelligatur rebus ſic ſe habentibus. & Tiraquellum ſequitur, pluribusque ſimilibus authoritatibus comprobat, & de communi omnium opinione fidem facit Io. Vincen. Hondedeus conſil. 111.num.49. primo volum.

Subdens numero 50. habere locum etiam in promiſsione, habente aliquod verbum extenſiuum ad futurum. per l. ſi ita quis, de leg. 2. & ex ſententia Vincen. Herculani in quadam ſua diſputatione, incip. Peruſinus quidam col. 3. in princip. verſic. quinto facit.

Et idem Hondedeus vbi ſupra num. 51. affirmat, Quamlibet promiſsionem adeo intelligendam eſſe rebus ſic ſtantibus, quod ſuperueniente noua cauſa, licitum eſt ab ea recedere: nec dicitur fieri contra mentem contrahentium.

Quia veriſimile eſt, quod ſi de ſuperuenientia nouæ cauſæ, & ſtatus mutatione cogitaſſent, promiſsionem locum non habere diſpoſuiſſent. vt copioſe probant Anchar. conſi. 84. in primo dubio verſic. quibus non obſtantibus, & Deci. conſil. 334. alias 335. num.3. & ſeq.

Ergo cum facta fuerit conuentio, & promiſsio de vendendo Illu-

ſtriſsimo

ſtriſsimo D. Comiti Franciſco omnia bona, & quaſcunque petias terræ &c. quæ, & quas vendere promittentes habent in prædictis locis Vinzaſchæ, & de Ramellis, vt in inſtrumento ſcriptum legitur: Inde ſequitur, quod cum huiuſmodi venditio fieri non poſsit pro octaua parte vnius ex promiſsoribus, propter non habitam licentiam alienandi à Mediolanenſi Senatu, neque à Rege Catholico, atque ob id res non permaneat in eodem ſtatu, prout conuentum fuit, iure valeat emptor ab ipſa conuentione, & emptione diſcedere, etiam quo ad partes aliorum.

DECIMOQVINTO.

VEra, & recepta eſt iuris Concluſio, quod actus Agen-
292 tium † vltra eorum intentionem operari non debent. l. obligationum ſubſtantia, de act. & obligat. l. ſi ego, & l. non omnis, vbi notant communiter ſcribentes, ſi cert. petat. Petrus Monchada, in addit. ad Gozadinum in l. 2. ſub numero 48. litera A, C. de pact. inter empt. & vend. Cepol. de ſeruit. ruſti. prædi. cap. 9. num. 27. Iacob. Venen. de annua præſta. par. 2. quæſt. 15. numero 7. Lucer. Laudem. celula 7. numero 15. Sebaſt. Medices de nouat. quæſt. 8. num. 3. & de definitionibus definit. 72. num. 3. Horati. Mandoſius de priuil. ad inſtar. gloſ. 7. nu. 15. Io. Royas in Epitome ſucceſ. cap. 7. nu. 28. Rimin. iun. conſ. 190. nu. 48. 2. uol Hier. Magonius deciſ. Rotæ Florent. 49. nu. 12. & deciſ. Rotæ Lucenſ. 5. num. 27. deciſ. 28. num. 28. & deciſ. 45. nu. 31. M. Ant. Eugenius conſil. 55. numero 32. primo uol. Præſtantiſsimus, & celeberrimus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſil. 103. numero 9 lib. 1. Socin. iun. in l. 1. num 318. de acquiren. poſſeſs. in l. 1. numero 174. ſolut. matr. & in l. qui Romæ, §. duo fratres, numero 100. de verbor. obligat.

Vbi etiam (poſt Iaſonem eodem in loco, & Baldum in l. ſi abſentis, in 2. oppo. ſub num. 3. C. ſi cert. pet.) ſcriptum reliqnit, ipſos actus a-
293 gentium † eſſe interpretandos ſecundum illorum intentionem, tam primitiuam, quam ſecundariam, & in conſequentiam. idem Ego firmaui conſil. 39. num. 75. 5. uolum.

Nunc addo Clariſsimum Manticam, de coniect. vlt. vol. libro 4. tit. 2. numero 12. eundem Baldum, & Iaſonem alijs in locis recenſentem.

294 Et ſunt etiam † huiuſmodi actus interpretandi, ne contra eorum intentionem

tentionem aliquid operentur. vt Socin. iun. tradit, iuraque id probantia allegat, conſilio 73. numero 7. 3. volum. Iacob. Emilia. conſil. 51. numero 8. in fine.

295 Nunquam enim † capienda eſt interpretatio, per quam impugnetur voluntas alicuius. ut notat, & comprobat Inclytus Iuriſconſultus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS, cuius doctiſsimis ſcriptis iuris ſcientia magnum ornatum, & ſplendorem accepit, in §. licet autem num. 18. inſtit. tit. quibus ex cauſ. manu. non licet.

296 Nam interpretatio † iniqua cenſetur, ſi intentioni diſponentis aduerſetur. Angel. copioſe conſil. 306. ſub num. 3. quem & ego ſecutus ſum conſil. 39. num. 176. 5. uol.

297 Immo interpretatio † fieri debet, ut actus non operentur ultra agentium intentionem, etiam à iure præſumptam. ſecundum Gratum conſilio 53. numero 33. primo uolumine, per l. non omnis, ſi certum petat.

298 Qualis autem fuerit animus contrahentium † ex ipſo contractu cognoſcitur. Ripa, poſt Bartolum, in l. 2. numero 1. eodem tit. ſi certum petat.

Colligitur etiam contrahentium mens, & intentio ex ratione (quam ſupra in principio noni fundamenti perpendimus) in ipſo contractu expreſſa. ut reſpondit D. Decia. conſilio 7. numero 6. primo uolum. & ante eum Baldus, & Socinus ibidem ab eo relatos.

Qui inſuper dicunt, ſecundum rationem in contractu expreſſam, interpretationem ſumendam eſſe.

Et idem Decianus eodem in loco numero 7. poſt Ancharanum, ſcribit, & affirmat, huiuſmodi interpretationem, deſumptam ex ratione expreſſa, omnibus preualere: quia dicitur ipſa diſpoſitio potius, quam interpretatio.

299 Quamobrem conuentio † limitata ad uenditionem, & emptionem dictorum omnium bonorum, interpretanda eſt, ut etiam limitatum producere debeat effectum. ex regula l. in agris, de acquiren. rerum dom. & l. age. C. de tranſact. cum ſimilibus, quæ paſsim adhoc adduci ſolent.

Vt ſcilicet eatenus ualeat, & exequatur, quatenus omnia ipſa bona poſſunt alienari, & in emptorem transferri, non autem pro parte.

300 Ratio † eſt,

301 Quia huiuſmodi conuentio † cenſetur indiuidua ex intentione cōtrahentium. l. Pedius, de recep. arbit. Bart. in l. grecæ. §. illud num. 4. de fi-

de fideiuſ. Alciat. in l.prima.§. ſed ſi mihi numero 22.verſic. & eſt ratio, de verb.obligat. Natta conſil. 479.numero 30. 3.volum.Crauetta(Baldum, & Socinum adducens) conſilio 356.num.4. & 7. & Cagnol. in d.l. 2. num. 102.verſic. non eſt tamen.C.de pact.inter empt. & vendit.

His accedunt Socin. conſilio 87. numero 7. primo volum. Ruin. conſil.77.numero 8. verſiculo, ſed præmiſsis, quarto volum.& Pariſ. conſilio 12.numero 74. & conſil.35.num.17. ſecundo volum.& conſi. 58.num.59. 3.volum.

302 Quod procedit, † etiam ſi contenta in ipſa conuentione, ſui natura eſſent diuiſibilia, ratione perſonarum, vel rerum in ea contentarum. vt probat idem Pariſ. d. conſil. 12. num.74. cum præced. ſecundo volum.Anton.Gomez.de contractibus cap.10.numero 3.iuncto nu.23. verſic.3. infero. Eguinarius Baro.de diuiduis, & indiuid.oblig.lib.1. capit.6 numero 3.& Bolognet.in l.4.§.Cato ſub numero 27. & 97.de verb. oblig.

Et Pariſius d.conſi.12.numero 75.ſecundo volum.concludit,quod
303 ſi vitiatur pro parte, † redditur nulla in totum.

304 Illa etiam in materia indiuidua ſumitur interpretatio, † vt quod ſtatuitur in pluribus debitoribus, idem ſtatutum intelligatur in pluribus creditoribus. ſecundum Socinum conſilio 16.num.48. 4.vol.

DECIMOSEXTO.

COmprobatur,nam dicta omnia bona poſsidebantur à venditoribus communiter, & pro indiuiſo. ita enim ex memorato inſtrumento manifeſte colligitur.

305 Quo fit, † vt multo magis ipſa conuentio indiuidua cenſeatur.

306 Sicut in iure † hypothecæ ſcribit Afflict. dicens vidiſſe ita bis iudicatum per Sacrum Conſilium,deciſ.213. ſub num.4. & aſſerens, quod ius hypothecæ eſt indiuiduum, licet res hypothecatæ ſint diuiduæ. idem tradit Socin. conſil.135.nume.2. 1. volum. quem & Ego ſecutus ſum conſil 23. numero 7. & 8. quarto volum. addo nunc Crauettam conſil.990.num.64.verſic.rei cuius,6.vol.

Addo etiam, omnem hypothecam ſiue legalem, ſiue hominis, eſſe totam in toto, & in qualibet parte. vt ex l.quandiu. C.de diſtract. pignor. docuit (ſolo caſu l. primæ in fine. C. commun de leg.excepto) Gaſpar Caballinus in tract.diuidui, & indiuidui par.2. num.91. reiecta

cta ſententia Franciſci Aretini in l. 2. §. ex his, in fine, de verborum obligat.

Exiſtimantis, quod ſicut obligatio ſimplex diuiditur inter hæredes quoad actionem perſonalem paſsiue; ita etiam diuiditur quo ad hypothecam: nam Caballinus loco ſupra relato dicit, hoc eſſe falſiſſimum.

Et in 3. par. eiuſdem tractatus numero 28. multis legibus probat, quod ius hypothecæ remanet indiuiſum tam actiuè, quàm paſſiuè.

Et numero ſequenti dupliciter extendit.

Et rationem huiuſmodi indiuiſi ſtatus allegat.

307 Addo quoque prædicta numero 306. precipuè obtinere, † quando bona obligata poſsidentur pro communi, & indiuiſo. l. quandiu. C. de diſtract. pign. Crauet. conſil. 239. numero 5. conſil. 548. num. 16. & plenius conſilio 893. numero 6. vbi alias leges idem probantes allegat.

Et in ſententia lata ſuper bonis, quæ ſunt pro indiuiſo, licet contineat capita, ſummaſque diuerſas, idem ſcribit Fabi. Turrettus conſil. 55. num. 8. verſic. attamen 1. volum. Ipſam ſententiam eſſe indiuiſibilem affirmans.

DECIMOSEPTIMO.

308 SIue ſuper vna re, ſiue ſuper pluribus contrahatur, vnus tamen cenſetur contractus, † quando in eo vnica quantitas eſt expreſſa. vt ex l. cum eiuſdem, de ædeli edict. & ex ſententia Cumani conſil. 41. aſſeruit Tiraquel. de retraict. Lignager. §. 23. gloſ. 1. num. 14.

Cui addo perſpicuum, & elegans reſponſum Vlpiani in l. quod dicitur tot ſtipulationes, verſic. cęterum iuncta gloſ. vltima in fine, de verbor. oblig.

At ſic eſſe in propoſito caſu, clare probant verba inſtrumenti, ibi *(prædicta omnia eorum bona, & quaſcunque petias terræ)* & ibi *(quæ eſſe dixerunt perticarum ter mille quinque centum, ſeptuaginta in circa, & quantacunque ſint.)* Ergo &c.

Comprobatur, Nam promiſsio ſimpliciter facta pluribus, ſuper re, etiam ſui natura diuiſibili, ſi nihil de partibus agatur, cenſetur indiuidua, non natura, ſed per accidens eſſe in obligatione, vt pars rei tãtum recte pręſtari nequeat. ſicuti non nullis legibus, & ex communi Docto-

Doctorum opinione, ita præciſè reſpondit Burſat. conſil. 176. nu. 34. & 35. 2. uolum. & conſil. 340. num. 9. & 10. 3. volum.

DECIMOOCTAVO.

LIcet ſingulos venditores pro ſua octaua parte egiſſe, & contraxiſſe ex princip. inſtrumenti conſtare videatur, in ipſo tamen actu promiſsionis vendendi, nulla habita partium diſtinctione, ſed ſimpliciter, ac ſermone generali, & ampliſsimo, dicto Illuſtriſsimo D. Comiti Franciſco vendere promiſerunt, his verbis, videlicet, *(omnia eorum bona, ac quaſcunque petias terræ, tam aratorias, & vidatas: quam pratiuas, & paſculiuas, ac alterius cuiuſcunque generis, & qualitatis exiſtant, quas ipſi DD Comes Io. Dominicus, & conſortes habent in prædictis locis della Vinzaſcha, & de Ramellis, cum omnibus ædificijs, domibus, & caſamentis, tam pro patronis, quàm pro colonis, & fictualibus, & alijs quibuſcunque ædificijs, & domibus, quas, & quæ habent in bonis prædictis. Et in effectu omnia, & quæcunque bona, & prædia cuiuſcunque generis, & qualitatis, quæ in ipſis locis habent.)*

Quibus uerbis clare oſtenditur, ipſos contrahentes unicum contractum celebrare uoluiſſe: & dicta omnia bona integra in effectu, & abſque alicuius partis diminutione in emptorem, titulo uenditionis, transferre.

309 Quia illę dictiones † uniuerſales *(omnia, quæcunque, & cuiuſcunque)*
310 toties geminatæ, & repetitæ, † interprętantur ut nullam prorſus reſtrictionem recipiant, ſed latiſsime intelligantur. vt firmarunt Angel. in §. item per acceptilationem numero 5. inſtit. tit. quib. mod. tol. obligat. Corne. conſi. 6. numero 4. verſi. tamen hoc non obſtante, primo uolum. & conſil. 276. num. 7. verſic. nihilominus ſecundo volumine. Alexand. conſil. 117. num. 3. verſic. præterea volum. 1. conſil. 11. numero 7. & ſequen. ſecundo uolum. & conſil. 167. num. 18. 7. uolum. Iaſ. in l. ſi de certa num. 5. in fine, & ſeq. C. de tranſact. Pariſ. conſil. 20. num. 34. primo uolum. Natta ex communi omnium ſententia conſil. 113. primo volum. & conſil. 410. num. 7. ſecundo volum. atque alij plurimi à me allegati conſil. 10. num. 67. cum quinque ſeq. & num. 83. cum quatuor ſeq. 3. uolum.

Vbi etiam triplicem † rationem adduxi.

311 Et idem comprobatur, Nam vniuerſalis promiſsio † ſi in aliquo deficit, in totum redditur nulla. l. ſi is, qui ducenta. §. vtrum verſi. id accidit,

cidit, de rebus dub. Franciſ. Becius, poſt alios, conſilio 45. ſub numero 33.

313 Quodque ex generalitate ſermonis arguatur,† contrahentes voluiſſe vnum tantum contractum venditionis celebrare: in terminis reſponderunt Deci. conſilio 421. ante numerum 5. verſic. iſta verba. & Socin.iun.conſilio 26.ſub numero 10.primo uolum.quibus accedunt Cepolla in l.cum eiuſdem numero 4.de ædili.edic. Burſat.conſil.340. numero 6.7. verſiculo 3. & numero 9. tertio volumine, & idem, poſt Bartolum, opinatur Anchar. iun. quæſtio.26. ſub numero 6. lib. 2.

Ergo venditio partis tantum dictorum bonorum fieri non poteſt. Et cum omnium fieri nequeat, emptori in totum ab emptione diſcedere licere fatendum eſt.

DECIMONONO.

314 INficiari non poteſt, quod emptor ipſa bona veriſimiliter emere non conueniſſet,† ſi omnia habiturus non fuiſſet, ſed tantum partem eorum.

Tum ex claris verbis contractus in præcedenti fundamento relatis; & manifeſta contrahentium mente, ex illis, & alijs in nono fundamento perpenſis, deſumpta.

Tum præſertim ob expreſſam, & indubitatum iuris diſpoſitionem. de qua in l. quod autem §.vltimo, & l.ſequen.de in diem addic.l. fundus ille, de contrahen.empt.l.Iulianus.§.idem Celſus, de acti.emp.& l.communi diuidundo §.vlt. commun.diuid.

Vt etiam in terminis ſcribit gloſ.vltima in l. ſi duos, de contrahen. empt.Bart.in l. ſi quis aliam, per illum textum, ibi (*nam non accepiſſet in-*
315 *tegram rem creditor, † niſi pro ſolido eius fieret.*) numero 4. in fine, de ſolut. & in l. cui vſusfructus numero 4. verſic. non enim, de vſufruct. leg. Cagnol. ex communi, alios commemorans, in l.2. numero 102. verſic. quoniam facta, C. de pact.inter empt. & vendit. Deci.conſilio 421. numero 4. verſic. quia vnam, Ruin. conſilio 82. ſub numero 4. primo uolum. Boer. deciſ. 251. numero 1. verſic. volens ibi, Fabia.de Monte, de empt.& vend. 7. quæſt.princ. numero 3.in fine, Alciat. in l.prima. §. ſed ſi mihi numero 17. verſic. & eſt ratio, & in l. 4. §. Cato numero 55. in fine verſic.ex quo, Socin.iun.numero 132.uerſic.& tenendo iſtam, de uerbor. obligat. Natta conſilio 479.numero 27.uerſiculo, & ut eleganter, tertio uolum. Lambertegnus de contract.in fine, quæſt.86.pag.496. numero 261. Ludouic. deciſ. Peruſ.112. numero 6.

mero 6. par. 2. Burſat. conſilio 340. numero 2. cum quinque ſequen. precipuè numero 5. tertio uolumine. Rimin. iun. conſilio 671. ſub numero 10. ſexto uolum. Surdus conſilio 13. ſub num. 23. primo uolum. & Marcabrun ab Anguil. conſil. 64. ſub num. 21. primo uolum. ex quibus iſtud receptius, ueriuſque eſſe probatur.

Et multò minus emptor partem tantum emiſſet: Cum uenditio,
316 † & emptio partis non minima habeat incommoda. l. 2. C. quando, & quibus quarta pars, libro 10. l. ſi non ſortem. §. ſi centum, de condit. indeb. l. cum pater. §. dulciſsimis de leg. 2. Tiraquel. poſt Baldum, de quo ipſe meminit, in tract. de retraict. Lignager. §. 23. gloſ. 1. numero 17. in fine, & 18. Fabianus de Monte d. quæſt. 7. numero 2. uerſic. adde.

317 Et ſecundum eundem Fabianum ibidem, minus ualet pars † reſpectu partis, quam totum reſpectu totius, per l. Meuius. §. in fundo, de leg. 2. & ex ſententia Baldi in l. filium quem, numero 35. uerſic. nam ſi uellet. C. famil. hercisc. cui accedunt Bar. in d. l. cui uſusfructus numero 4. uerſic. præterea, de uſufruct. leg. Tiraquel. d. §. 23. glo. 1. num. 17. & Natta, alios accumulans, præcitato conſil. 479. nu. 24. uerſic. plus enim, 3. uolum.

318 Neque affert tantam utilitatem pars † reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius. l. ſi quis aliam, de ſolut. & in terminis tradit Socin. conſil. 16. numero 3. uerſic. præterea res, quarto uolumine, Boerius, alios eiuſdem ſententiæ commemorans, d. deciſ. 251. numero 1. uerſicu. hoc enim Bero conſilio 158. numero 40. uerſic. & tantam, primo uolum. & hæc eſt communis opinio, teſte Socino iuniore in l. ſtipulationes non diuiduntur ſub nu. 307. de uerb. oblig. quam etiam ſequuntur Tiraquel. loco præallegato, Natta, poſt Aretinum, conſ. 479. num. 23. & num. 27. uerſ. quia pro parte, Cagnol. in l. 2. num. 102. uerſic. quoniam facta, et uerſ. non eſt tamen, C. de pac. inter emp. & uend. Roncheg al. in l. eandem ſub num. 84. de dub. reis. Riminal. iun. conſil. 629. ſub numero 14. 6. uolum. Burſat. conſil. 176. numero 35. verſic. cum plerunque, ſecundo uolum. & conſil. 340. num. 9. 3. uolum. & conſil. 370. numero 38. uerſic. tum quia, quarto uolum. Surd. conſil. 13. ſub num. 22. & conſil. 150. numero 2. primo uolum. & eruditiſsimus, ac ſummis virtutibus ornatiſsimus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſil. 83. num. 5. lib. 1.

319 Et hoc † ratione communionis, quæ (vt ſupra oſtenſum eſt) multa parit incommoda. ſecundum eundem ibidem, & alios locis præallegatis.

Et

320 Et etiam, quia emptio partis † eſt contra voluntatem emptoris, qui totum emere promiſit.

321 E propterea † vtilis ei non cenſetur.

322. Hac † ratione.

323 Siquidem illud vtile † alicui non eſt, quod contra eius voluntatem

324 fit: maxime † quando negocium eſt mere voluntarium. vt Angelus docet in §. is qui, ſub numero 2. inſtit. tit. de mandato, ex l. cum ſeruus de condit. ob cauſam, & ex intentione Caſtrenſis, de quo ipſe mentionem facit. cui addo D Menochium de recuper. poſſeſs. remed. primo numero 376. & Oſaſcum deciſ. 130. num. 7. multis legibus, & authoritatibus probantes, †

Ex eo ſolo damnum alicui inferri, quod aliquid contra eius voluntatem fiat.

Et talis præiudicij, quamuis modici, rationem habendam eſſe, ſcribit idem Oſaſcus ibidem, allegans Iaſonem in l. quominus, de flumi. numero 22. & Decium in cap. ſuper eo, de offi. deleg. & conſilio 525. numero 8.

325 Et Cagnolus loco præcitato concludit, quod ob id venditio † dicitur indiuidua ex intentione contrahentium: adducens Bartolum, & Ruinum. quibus accedunt Socinus loco præcitato, Natta d. conſilio 479. num. 30. 3. volum. Crauet. in reſponſo pro Genero nu. 130. & conſil. 1000. num. 130. 6. uolum.

326 Sic etiam indiuiduum illud dicitur, † quod tantam vtilitatem non affert in parte reſpectu partis, quantam in toto reſpectu totius. l. lege prima. §. ſi pecuniam, & ibi Bar. depoſiti, Alexand. conſilio 186. numero 10. ſecundo volum. cum alijs à Doctiſsimo D. Conſulente in primo fundamento allegatis.

Quibus addo eundem Bartolum in d. l. ſtipulationes non diuiduntur numero 25. verſic. vt omnis ergo, Claudium de Seyſello numero 20. & Bolognetum numero 112. & infra, de verbor. obligat. per l. in executione verſic. ſecunda ad opus, eodem tit. & Bartolum omnes vbique ſequuntur, teſte Caballino in tract. diuidui, & indiuidui in 3. par. princip. numero 55. & prius in 2. par. ſecundæ par. ſub numero 261.

Addo etiam Baldum in l. ſi plures numero 12. verſic exemplum de quarto. C. de condit. inſer.

(Qui præterea ſub eodem numero 12. & numero 1. egregie, & copioſe declarat quotuplex ſit, & quot modis dicatur indiuiduum,) Ioannem Berbe. in viatorio iuris, titu. de locato char. 5. verſic. ſolet

F 2 quæri,

quæri, quos ſequitur Tiraquel. de vtroque retract. §. 23. glo. 1. nu. 18. verſic. hanc autem.

Et illis accedunt Deci. conſilio 421. ſub numero 4. Crauet. conſilio 239. numero 6. & conſilio 592. numero 90. vbi multa iura, ac Ruinum, & nonnullos alios allegat. & Cagnol. in l. 2. num. 102. verſi. non eſt tamen. C. de pact. inter empt. & vend.

Ita etiam reſpondit Vir præſtantiſsimo ingenio, & optimo iudicio præditus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſilio 83. numero 4. in fine libro 1. Ronchegal. in l. eandem in princip. ſub numero 84. de duobus reis. Lambertegnus, de contract. in fine quæſtio. 86. ſub numero 259. pag. 496. verſiculo nam ex hoc. Rimin. iun. conſilio 398. numero 12. quarto volum. Mozzius, de contract. in tract. de ſtipulatione, in ſubdiuiſione ſtipulat. numero 7. verſic. ex tacita, & numero 24. cum ſequen. Burſat. conſilio 176. ſub numero 30. & 31. ſecundo volum. & conſilio 340. numero 9. cum ſequen. 3. volum.

Idem quoque docuit Ripa in l. 4. §. Cato numero 77. verſi. 4. Bolognet. numero 27. de verb. oblig. vbi hanc firmam, & generalem concluſionem appellat.

327 Quam † extendit habere locum, etiam ſi ſecundum aptitudinem naturalem diuidi poſsit. & num. 295. verſi. quod autem.

328 Subdens, pœnam † adiectam committi contra omnes. l. 2. §. item & ſi in facto, & l. 5. §. vlt. de verb. oblig.

Licet in dubio facienda ſit interpretatio, quod pœna non ſit commiſſa, vt, poſt alios ab eis relatos, reſponderunt Bertazzol. conſilio 144. numero 9. conſilio 197. numero 2. & conſil. 218. numero 3. primo volumine crim. Burſat. conſilio 278. numero 9. 3. volumine, & Turrettus conſilio 8. numero 28. ſecundo volum. idem legibus, & authoritatibus probat D. Decian. conſilio 57. numero 18. tertio volumine.

Quamobrem, vel omnia bona prædicta, ſine alicuius partis diminu-
329 tione, vendenda ſunt, † vel conuentio omnino reſoluenda, atque ab ea in totum diſcedendum eſt. vt volunt Doctores ſupra relati, & etiam in terminis Cur. iun. conſil. 74. ſub num. 1. & 2. cum ſequen. & Socin. iun. conſil. 26. numero 10. 1. volum.

VIGE-

VIGESIMO.

VNitas huiuſmodi contractus ea etiam ratione ſuadetur, atque probatur, ſiquidem vendere promittentes nominantur in inſtrumento ſub nomine collectiuo: vt legitur ibi *(quas ipſi D.D. Comes Io. Dominicus, & conſortes habent,)* & ibi *(& ad ipſos Multum Illuſtrem D. Co. Io. Dominicum, & Conſortes)* nec non ibi *(verſa vero vice præfatus Illuſtriſsimus D. Co. Franciſcus conuenit, & promiſit bona ipſa emere à prædictis Multum Illuſtri D. Ioan. Dominico, & conſortibus dicto pretio)* & ibi *(promiſit prædictis Magnificis DD. Io. Dominico, & conſortibus ſoluere.)*

330 Illud enim nomen *(conſortibus)* collectiuum eſt plurium perſonarum. vt habetur in Rub & ibi gloſ. & ſcrib. C. de conſort. eiuſdem litis. Alexan. conſil. 125. ſub numero 1. ſeptimo volum. Iacob. ſpiegel in lexicon iuris, in verbo conſortes; vbi allegat Baldum in l. dudum in fine. C. de contrahen. empt. idem ſenſit Socin. iun. conſil. 20. numero 4. 5. & 19. primo volum.

331 At plures, nominati ſub nomine collectiuo, † vnius loco habentur. l. interdum in princip. l. liber homo. §. Titius i, de hæred. inſtit. l. ſi pater, de vulg. & l. ſi quis Titio, de vſufruct. accreſcen. gloſ. & ſcribentes in d. l. interdum, & in l. vltima. C. de impub. & alijs ſub. præcipuè Iaſ. numero 4. Deci. num. 1. Cur. iun. numero 1. & Coraſ. numero 5. & 21. idem Deci. conſil. 319. alias 320. numero 6. Bald. conſi. 309. numero 2. primo volum. Ruin. conſil. 97. num. 9. 3. uolum. Socin. iun. conſil. 104. numero 14. primo volum. & conſil. 171. num. 2. uolum. 2. Ronchegallus in l. reos. §. cum in tabulis numero 39. de duobus reis, Alba conſil. 38. in fine, & iſti alios referunt idem firmantes. Ergo &c.

Ad rem etiam conferunt ſcripta per Ancharanum iuniorem quęſt. 26. ſub numero 6. libro 2. cum dixit, Eccleſiaſticam emphyteuſim, conceſſam vſque in quartam generationem, vnicam conceſsionem cēſeri, & indiuiduam: quæ reſoluitur, ſeu vitiatur in totum, ſi ſolita ſit concedi tantum vſque in tertiam.

Et ita intelligit Bartolū in auth. qui rem nu. 7. C. de Sacroſan. eccleſ.

Subdens, ſecus eſſe, ſi conceſſa foret vſque in tertiam, & quartam generationem: quia tunc eſſet diuidua, & plures intelligerentur factæ conceſsiones, & numeris ſeq. allegat adhoc Baldum in authen. ſi quas ruinas numero 2. C. eodem tit. de ſacroſan. eccleſ. & plurimos alios, inter quos aliqui, & ipſemet Ancharanus, de communi teſtan-

tur, quam etiam communem dicit, & alios congerit Curt.iun.de feudis quæſt.6. ſecundæ par.princ. num.11.

VIGESIMOPRIMO.

VT huius ſim opinionis me etiam mouent alia verba eiuſdem inſtrumenti, quibus manifeſtè probatur, in omnibus bonis ſupra memoratis vnicum pretium cōſtitutum fuiſſe. vt legere eſt ibi (*vendere promiſerunt, & promittunt pretio ſcutorum viginti ſex mille auri*) & ibi (*verſa vero vice præfatus Illuſtriſsimus D. Co. Franciſcus conuenit, & promiſit bona ipſa emere à prædictis Multum Illuſtri D. Io. Dominico, & Conſortibus dicto pretio ſcutorum viginti ſex mille auri.*)

332 Ita enim ab vnitate pretij † ad arguendum, & probandum unitatem contractus uēditionis plurium rerum, aperte colligitur ex l.quod ſi uno cum ll.præceden. de in diem addic. & l.ſi duos, de contrahend. empt.l. cum eiuſdem, & l.ſi plura mancipia, de ædelit.edic.cum alijs à Præſtantiſsimo D.Conſulente in 2.fundamento allegatis.

Quibus addo l.ſi duorum.§.uideamus,de acti.empt.l.ædiles aiunt. §.ult.& l.labeo.§.idem ait, de ædelit.edic.

Addo etiam Bartolum in terminis in l. etſi uno numero 2. de actio. empt.& conſ.195.num.1.Baldum in l.cum quidam.§.præterea num.6. in fi. C. de iure dot.Ruinum conſilio 82. numero 4. uerſic. & hoc, primo uolum. Crauettam, alia iura, & Decium recenſentem, in reſponſo pro genero numero129.& conſil.1000. numero129. 6.uolum. quos ſecuti ſunt Natta conſil.479.numero 24.uerſic.idem dicendum 3.uolum. Ant.Gomezi. Tomo 2.uar.reſolut.cap.11. ante numerum17.uerſic. quartus effectus eſt, Fabian.de Monte, de empt. & uendit.7.quæſtio.princip.num.2.uerſic.qui cum ſit, Ronchegal.in l.eandem in princip.num. 91.uerſic.quia ubi, de duobus reis, Lamberteg.de contract. in fine quæſt.82.numero 252.pag.494. Egid.Boſsius in tit.de remiſs. merced.conduct.ſub numero 21. Burſat. conſilio176. ſub numero45. ſecundo uolum.Franciſ.Beci.conſi.45.numero 34.Ludouic.deciſ.Peruſ.112.ſub nu.6.par.2. Caualca.plures alios commemorans, deciſ.8. numero 5.in fine, & 6. par. 2. & integerrimus, ac iuris peritiſsimus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſil.76. numero 1.verſic. quo ad præſens inſtrumentum,lib. 1. ex quibus iſtud receptius eſſe probatur.

Quo fit, vt cum in octaua parte contractus conſiſtere non poſsit,

nec

333 † nec etiam in reliquis debet ſuſtineri, ſed in totum reſoluendus eſt, & emptori ab eo diſcedere licet. ex claro reſpõſo Martiani in l. ſi duos, de contrahen. empt.

334 Cum ait, *(ſi duos quis ſeruos emerit pariter vno pretio, † quorum alter ante traditionem mortuus eſt, neque in viuo conſtat emptio.)* ita etiam perſpicuè ſuadetur ex l. cum duo, de in diem addic. l. cum eiuſdem, de ædelic. edic. l. ſi quis aliam, de ſolut. & idem in terminis aſſerunt Bar. in l. ſcire debemus numero 2. verſic. oppono, & verſic. poſſumus dicere, de verbor. obligat. Ruin. in l. ſtipulationes non diuiduntur numero 38. verſic. 1. eodem tit. Natta conſil. 479. numero 26. 3. uolum. Crauetta, Ronchegallus, Gomezius, Becius & alij plerique locis ſupra memoratis, & præter eos Tiraquel. de vtroque retract. §. 23. gloſ. 1. numero 5. & ſub num. 6. qui etiam Aretinum, Alexandrum, & Iaſonem allegat, & Caſtrenſis authoritate confirmat.

335 Comprobatur, Nam etiam venditio, † facta pretio declarando per duos electos, morte alterius electi, non facta declaratione, reſoluitur. vt poſt Corneum conſil. 110. precipue numero 4. & ſequen. 3. uolum. reſpondit veridicus, & ſubtiliſsimus Iuriſconſultus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſil. 59. num. 9. lib. 1.

Et contractus ſeu ſtipulatio nulla, quo ad vnum ex duobus ſtipulatoribus, reſoluitur ſeu nulla cenſetur etiam reſpectu alterius. vt probat Rimin. iun. conſil. 613. num. 6. cum numero præceden. & ſequen. 6. volum.

Ea ratione, quoniam contractus eſt indiuiduus: & in indiuiduis vtile per inutile vitiatur. quæ ratio, vltra eum, vera etiam oſtenditur ex iuribus à me allegatis ſupra numero 166. 286. 287. & infra nu. 376. & 377.

VIGESIMOSECVNDO.

ACcedit quod ſcripſit Alexan. conſil. 178. numero 4. verſic. quia quando, ſeptimo volum. cum dixit, quod quando
336 duæ res vno pretio conceduntur, † ſi actus reſoluitur quo ad vnam rem, intelligitur etiam reſolutus quo ad aliam. allegat d. l. ſi duos, & l. cum eiuſdem, ac etiam Bartolum in memorata l. ſcire debemus.

Et idem Alexan. allegato conſilio 178. nume. 12. ex ſententia gloſſæ, eiuſdem Bartoli, & Imolæ, ac nonnullis legibus, ab eo relatis, concludit,

Quod,

337 Quod, emptis pluribus rebus vno pretio, † ſi eſt facienda reſolutio occaſione vnius ex ipſis rebus, fieri debet reſolutio in omnibus.

338 Niſi † aliter de conſenſu vtriuſque partis procedat. & Alexandrum vbi ſupra ſimpliciter ſecutus eſt doctiſsimus, & conſultiſsimus Vir D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſilio 76. ſub numero 2. lib. 1.

VIGESIMOTERTIO.

339 STante huiuſmodi vnitate pretij, idem comprobatur, Nam etiam receptum videmus, quod ſi vna ex pluribus rebus vnico pretio venditis, ſit vitioſa, † poteſt, & debet fieri redhibitio in omnibus. l. cum eiuſdem cum l. ſequen. vbi gloſ. Bald. Angel. Salicet. & Fulgoſ. & l. ędiles 2. §. vltimo, de ædelit. edict. Gomez. Tomo 2. variarum reſolut. capit. 11. ante numerum 17. verſic. quia tunc, Tiraquel. de vtroque retract. §. 23. gloſ. 1. num. 3. & Caualca. deciſ. 8. ſub num. 1. par. 2. Ergo &c.

VIGESIMOQVARTO.

340 COnfirmatur, quandoquidem etiam emphyteuta ſi accipit plures res in emphyteuſim vnico pretio, † & male vtatur vna re, eam alienando, vel aliter, cadit ab omnibus rebus.

341 Ratio † eſt,

342 Quia vnicus cenſetur † huiuſmodi contractus. vt, ex Oldrado, Riccardo Malumbra, & Baldo in d. l. cum eiuſdem in fine, firmat Gomezius memorato cap. 11. ante numerum 17. verſi. ſecundus effectus, & præter eos Barbat. conſil. 36. numero 17. ſecundo volum. Natta conſilio 479. numero 27. verſic. finge enim, 3. volum. & Becius, alios huius opinionis ſequaces commemorans, conſilio 45. ſub numero 34. quibus adhęrent permulti, cumulati à Tiraquello de retraict. Lignager. §. 23. gloſ. prima num. 4.

343 Et hæc concluſio extenditur, † vt etiam obtineat in hæredibus ipſius emphyteutæ: Nam etſi tantum vnus eorum partem ſuam alienet, nihilominus tota res incidit in commiſſum. vt, poſt Crottum, diffuſe probat Bolognet. in d. l. 4. §. Cato numero 295. de verbor. obligat.

Subdens

Subdens ibidem paulo ante numerum 296. verſic. præterea, quod
344 cum vna penſio † ſit conſtituta pro tota re, ipſa eſt effecta indiuidua ex voluntate partium. argumento l. græcæ. §. illud, de fideiuſs.

Et hęredum vnus ex pluribus tenetur inſolidum, & conuenitur, in factis indiuiduis à defuncto promiſsis. vt notant omnes in d. §. Cato, & in l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. obligat. prout de hac communi omnium opinione, poſt Angelum, Crottum, Alciatum, Galiaulam, & eundem Bolognettum, fidem facit, & eam ſequitur Burſat. conſil. 370. numero 32. cum quinque ſequen. 4. volum.

Ergo, eadem ratione, idem etiam hoc noſtro in caſu eſt obſeruandum: vt ſcilicet, ob defectum vnius venditorum, tota emptio reſoluta cenſeatur.

Cum præſertim contractus emptionis, & emphyteuſis, quo ad indiuiſibilitatem, æquiparentur. vt opinatur Simon Prætus conſil. 19. numero 34. primo uolum. ex notatis per Bartolum, & alios in d. l. gręcæ. §. illud, de fideiuſs. & per Baldum in l. ſi plures, C. de condit. inſert.

VIGESIMOQVINTO.

Accedit quoque aliud ſimile, Siquidem, emphyteuta ſi
345 ſoluerit partem Canonis, † & in alia parte ſoluere ceſſauerit per triennium, cadit in totum à iuribus ſuis, & à tota emphyteuſi poteſt expelli. ſecundum Speculatorem in tit. de locato. §. nunc aliqua, quæſtio. 29. nume. 4. Oldradum, Imolam, & Iaſonem hos commemorantem, & ex magis communi in l. 2. quæſtio. 16. numero 54. & ſequen. C. de iure emphyt. vt etiam meminit Gozad. in l. 2. num. 84. C. de pact. inter empt. & vend. Appoſtilla ad Riminaldum conſil. 281. ſub num. 5.

Idem receptum eſt, quando ipſe emphyteuta decedit pluribus reli-
346 ctis hæredibus, † nam etſi vnus eorum ſoluat partem ſuam, alij vero non, nihilominus res emphyteutica incidit in commiſſum in totum, ac ſi nullus ſoluiſſet. vt tradunt gloſ. magna in l. communi diuidundo in princip. in verbo confundetur, commun. diuid. Dyn. Iacob. Butri. & Bart. in l. fraudati, de publica. & vecti. Hoſtien. ſpecul. Io. Andr. Alber. & alij, de quibus mentionem faciunt, idemque concludunt Iaſ. in d. l. 2. quæſt. 17. num. 57. & 58. C. de iure emphyt. & Gomezius, qui etiam de communi atteſtatur, de contractibus cap. 10. ſub numero 23. ad finem, in octaua illatione.

Eandem

Eandem ſententiam communem dicit etiam Socin.iun.in d.§.Caro numero 88. in fine, & numero 90. verſic. tenendo tamen, vbi præterea inquit ab ea non eſſe recedendum, quam etiam ibidem ſecutus eſt Ludouic. Bologninus, alios accumulans, numero 53. uerſic. ex quo inferunt, Alciat. ex communi num.97. Ripa num. 44. & Bolognet. numero 290. qui pariter de communi fidem faciunt, & idem Bolognettus num.292. in fine, eam ueram eſſe affirmat.

His accedunt multi, quorum meminit, eiſque adhęret Afflict. deciſ.153. numero 4. & 6. in fine, dicens, quod dictam gloſſam Doctores communiter ſequuntur, & ita fuit deciſum in ſacro Conſilio.

Et hodie hanc eſſe magis communem opinionem firmat Clarus in §. emphyteuſis quæſt.8.numero 13.uerſic. quæro quid ſi emphyteuta. quam etiam ſequitur, & communem dicit Peregrin. de priuil.fiſci lib. 6. in tit. de pig. & hypote. nu. 54. poſt Angelum, Romanum, Alexandrum, Socinum, & alios ab eo relatos.

Ergo etiam ſi unus ex pluribus uenditoribus emptori partem ſuam non tradiderit, perinde debet fieri reſolutio totius emptionis, & multo magis promiſsionis emendi, ac ſi omnes alij uenditores portiones ſuas non tradidiſſent.

VIGESIMOSEXTO.

Confirmatur ex eo, quod receptum eſt in locatione plurium rerum, quæ ſi facta ſit unica mercede ſeu penſione,
347 † et reſoluitur reſpectu unius rei locatæ, reſoluitur in omnibus. ut reſpondit Franciſ. Becius conſil.45. ſub numero 34. poſt Imolam, Alexandrum, Tiraquellum, Crauettam, et Nattam, de quibus eo loci mentionem facit.

Addo Plottum in l. ſi quando numero 500. verſic 3. etiam limitatur, C. de in litem iur. et Caualcanum, idem comprobantem, deciſ.8. num.5. par.z.

348 Et ſubdit Becius dicto loco, quod cum unicus ſit contractus, † et unica conuentio (vt etiam dixerunt Boſsius in tit. de remiſsione merced. conduct. num.21. Natta conſil.449. numero 6. ſecundo uolumine, et Rimin.iun. conſilio 788. numero 10. et 11. ſeptimo uolumine) conſequens eſt, quod ſit indiuidua.

349 Vnde ſufficit, † aliqua pacta non eſſe ſeruata, ut deficiat cauſa finalis. et uidiſſe Baldum in quodam conſilio ita argumentantem affirmat.

Quini-

Quinimo, ſi prius quis conduxiſſet plures res, veluti duas domos ſub ſeparata penſione ſeu affictu ab eodem, & deinde eas ab ipſomet recepiſſet ſub vnico fictu; vnicus tantum diceretur contractus, & non plures: ex quo vnica tantum expreſſa eſt quantitas. vt Natta, & Riminaldus iunior concludunt locis ſupra memoratis. poſt Cumanum conſil. 41. in 2. dubio.

Præterea videmus, quod etiam ipſe conductor, qui plures res ſub vnica penſione annuatim ſoluenda conduxit, ſi eſt male verſatus in vna earum, à tota conductione cadit: quia vna, & indiuiſibilis eſt locatio. vt ex Bartolo, Baldo, & alijs, cumulatiſsime, & egregie reſpondit Barbatia conſilio 36. numero 15. verſic. ſed circa, cum nouem numeris ſequen. ſecundo volum. atque idem docet in addit. ad Baldum in l. eadem numero 14. verſic. ſed quid ſi ex pluribus, ſub litera K. C. de locato & conducto: ſequitur Natta conſilio 481. numero 21. verſic. quia qui male, 3. volum. vbi etiam Alexandrum, & Iaſonem refert. Ergo &c.

VIGESIMOSEPTIMO.

350 SI plures res vendantur vnico pretio † cum pacto de retrouendendo, non poteſt venditor partem rei redimere, vel vnam ſine alia.

351 Similiter ſi decedat venditor relictis pluribus hæredibus, † non poterit vnus eorum redimere pro ſua parte, & portione hæreditaria. vt ex communi ſcribit Gomezius Variarum reſolutionum Tomo 2. capit. 10. ſub numero 23. verſic. 5. infero, vbi etiam Emanuel Soarez in add. ſub litera V. de frequentiori atteſtatur, & idem Gomezius eodem Tomo cap. 11. nu. 16. verſic. tertius effectus eſt, quia ſi plures.

Addo Tiraquellum, de vtroque retractu. §. 23. glo. 1. num. 2. Maſſuerium in praxi tit. de retractu. §. item vna, vel pluribus, & Petrum Gregorium Tholoſanum in Syntagmate iuris vniuerſi parte 3. lib. 26. cap. 2. num. 15.

Ita ergo dicamus in caſu noſtro, quod non poſsit fieri venditio ſeptem partium ſine alia octaua parte: Sicut in caſibus prædictis non cogitur emptor conſentire redemptioni partis, ſi totum non redimatur.

VI-

VIGESIMOOCTAVO.

352 COmprobatur, nam etiam in fundis, vna conceſsis, † lex prohibet retrahi fertiles ſine ſterilibus. l. quiſquis, & l. qui vtilia, C. de omni agro deſer. libro 11.& l.prima, de fundo rei priua. idem docuit Tiraquel.de retract.titu.1. §.23.num.21.quem refert, & ſequitur Lambertegnus de contractibus in fine pag.493.num.250.

Et illis accedit, (etſi de eis nullam mentionem faciat) Petrus Gregorius d.lib.26.cap.2.ſub num.15.

Qui etiam addit (poſt Ioannem Lucium lib. 9. Placitorum Curiæ, tit.3. placito 4.) placuiſſe Pariſiorum Curiæ ſupremæ Pridie Kalendas Iulij 1550. In venditione prædij, cum debitis aliquot annorum fructibus, eum, qui prędium ſibi gentilitio iure redhiberi petebat,
353 cum de fructibus controuerteretur; qui † mobilium appellatione con-
354 tinentur; non poſſe prædium † ſine fructibus redhibere.
355 Quia † fructus, & prædium vno pretio empti erant.

VIGESIMONONO.

COadiuuatur ex eo, quod tradit Ant. Gomez. de contractibus, cap. 10. ſub numero 23. ad finem, verſiculo 10. & finaliter,

Dum aſſerit, quod conſanguineus, qui poteſt retra-
356 here rem patrimonij, vel generis pro eodem pretio, † non poteſt retrahere pro parte, ſed in totum. ex fundamentis, quæ ipſe allegat ſub eodem numero, in quinta illatione.

Ergo etiam in propoſito idem eſt dicendum, vt, cum omnia bona vno, & eodem pretio ſint vendita, ſeu vendi promiſſa, reſolui non poſsit contractus tantum pro octaua parte, quæ vendi non poteſt, ſed in totum reſolutioni debet ſubiacere.

TRIGESIMO.

IDem ſuadetur alia ratione; ſiquidem ita quoque conſtitutum, atque receptum eſt in debitore, qui pro debito tradidit pignus creditori ſuo, & deceſsit pluribus hære-
357 dibus relictis: quamuis enim vnus eorum † velit ſoluere partem

partem debiti pro portione ſua hęreditaria, non tamen ſuam pignoris portionem conſequi poteſt; niſi totum debitum efferat, & ſoluat. l. hęredes. §. idem obſeruatur, & l. ſi ſeruus pignora, famil. hęrciſ. l. 1. C. de luit. pign. cum ſimilibus ibidem allegatis à gloſſa, & ab Antonio Gomezio d. cap. 10, ſub num. 23. ad finem, in nona illatione, vbi etiam, de communi atteſtatur. Ergo &c.

TRIGESIMOPRIMO.

358 Etiam venditio plurium rerum, facta vno pretio, † non poteſt quantum ad unam rem tantum ratificari, ſed in totum ratificanda eſt.

359 Ea † ratione,

Quia non vnam rem emptor eſſet empturus. vt ponit Tiraquel. de vtroque retractu. §. 23. gloſ. 1. ſub numero 2. poſt Baldum conſilio 32. & conſil. 34. verſic. ſed videndum, ſecundo volum. idem ſenſit Caballi. in tract. diuidui & indiuidui, in tertia par. princip. ſub numero 32.

Ergo eadem ratione in propoſito caſu idem eſt dicendum; vt ſcilicet non poſsit, niſi in totum venditio fieri, non autem pro parte: cùm partem tantum emptor empturus non fuiſſet. vt in decimonono fundamento cumulatiſsime probatum eſt.

Comprobatur, nam videmus, quod vbi in defectum ratificationis
360 promiſſæ, fuit promiſſa pœna, † & is, qui ratificaturus erat, ratificet
361 tantum pro parte, pœna committitur inſolidum: ſiue † ipſemet ſe ra-
362 tificaturum promiſerit, ſiue alius: ſed ad euitandum pœnam, † non partis tantum, ſed totius ratificatio eſt neceſſaria: vt ex traditionibus Bartoli in d. l. 4. §. Cato numero 15. in nona oppoſitione colligit Socin. iun. ibidem numero 112. dicens Doctores cum Bartolo pertranſire, de verbor. obligat. & ante eum idem eo loci ſcripſit Ludouicus Bolognimus num. 60. & ſequuntur Ripa, de communi fidem faciens, num. 55. & 56. & Ioan. Bolognet. num. 197.

TRIGESIMOSECVNDO.

Onſtat quoque, quod ſi vno pretio, & eodem contra-
363 ctu plures res venditæ ſint, † & in vna deceptus eſt emptor, vel venditor, vltra dimidiam iuſti pretij, ſed non in alijs, fiet reſolutio, ſeu reſciſio in cunctis: ita quod per vnam reſtituentur etiam aliæ. vt egregie docuit Bald. in l. cum quidam. §. præterea numero 6. C. de iure dot. per illum textum, & l. ſi plures, de ædel. edict. & Baldum ſequitur Natta conſilio 479. numero 27. 3. volumine, vbi eiuſdem ſententiæ refert Imolam conſilio 39. circa finem, adducentem l. ſi duos, de contrahen. empt. idem vltra eos firmat Cagnol. in l. 2. numero 199. C. de reſcind. vend. argumento l. eum qui ædes, de vſucap. & ex ijs, quæ ſcribit Pariſ. conſilio 64. num 25. primo volum. tradit etiam. Caualca. deciſ. 8. num. 5. verſic. vbi firmat, & ſub num. 10. & tribus ſeq. par. 2.

TRIGESIMOTERTIO.

Oc idem vrgentius comprobatur, nam etiamſi in ſingulis rebus vendi promiſsis, ſeu venditis, pretium
364 conſtitutum fuiſſet, & conſequenter † plures venditiones eſſe viderentur; omnes tamen ipſe venditiones
365 † pro vno contractu haberentur.
366 Quia emptor † vnam ſine alijs non emiſſet.
367 Et ideo reſoluto † contractu in parte, reſoluitur in totum. Bar. in l. vltima in princip. per illum textum de acceptil. & latius conſil. 159. ſub numero 8. & in terminis etiam Deci. conſilio 421. numero 4. verſiculo, ſed conſiderando, per l. cum eiuſdem. §. interdum, de ædelit. edict.

Vbi Affricanus ait, *(Interdum etſi in ſingula capita pretium conſtitutum*
368 *ſit, tamen vna emptio eſt, vt, propter vnius vitium,* † *omnes redhiberi poſſint, vel debeant, ſcilicet cum manifeſtum erit, non niſi omnes quem empturum, vel venditurum fuiſſe.)* quod Affricani reſponſum allegat etiam Roma. conſilio 396. num. 1.

Eandem ſententiam ſecuti ſunt Socin. iun. concludens hanc eſſe veram, & realem reſolutionem, conſi. 26. nu. 10. 1. vol. Tiraquel. de retraict. Lignager. §. 23. glo. 1. num. 23. vbi etiam Signolorum adducit, Franciſ. Becius conſi. 92. num. 17. verſi. vlt. dico, Burſat. conſi. 176.

ſub

ſub numero 45. ſecundo volum. vbi etiam Cępollam, Socinum Seniorem, Nattam, Ronchegallum recenſet, & omnes ita tenere in d.l. cum eiuſdem affirmat, & conſil. 340. num. 2. 3. & 4. tertio volum. vbi copioſius alijs legibus, & authoritatibus idipſum confirmat.

Quibus accedunt alij, quorum meminit, & cum eis reſidet Io. Vincent. Hondedeus conſi. 82. num. 56. primo volum. &, præter eos, Crauet. in reſponſo pro genero num. 130. & 131. Petrus Gregorius Tholoſanus in Syntagmate iuris vniuerſi, par. tertia, lib. 26. cap. 2. num. 15. in fine, & Lambertegnus, de contract. in fine, quæſt. 80. num. 247. pagin. 492. in fine, & 493.

Qui præciſe loquitur de pluribus rebus cum diuiſione pretij ven-
369 ditis † à duobus vni tantum.

Ergo multo magis idem eſt obſeruandum, quando non in ſingulis rebus, ſed in omnibus ſimul, pretium eſt conſtitutum: vt in propoſito.

TRIGESIMOQVARTO.

AD rem confert etiam regula illa communis, quæ habet,
370 nihil actum videri, † donec aliquid ſupereſt agendum. l. penultima in fine. C. de ijs, quibus vt indignis, cap. nihil 7. quæſt. 1. cap. 1. in fine cum glo. vltima, in medio, de renunt. Specul. in tit. de locato. §. nunc aliqua, quęſt. 29. ſub num. 40. Caſtren. in l. cui fundus ſub num. 3. de condit. & demonſt. Neuiza. conſil. 98. ſub nu. 16. Socin. iun. in l. ex hac ſcriptura num. 60. de donat. Ioan. de Amicis, conſi. 80. nu. 5. Rimin. iun. loquens de venditione, conſ. 5. num. 22. 1. vol. & D. Cephal. conſil. 764. nu. 4. & duobus ſeq. 5. vol. cum alijs à me allegatis conſil. 27. nu. 127. 4. volum.

Et non dicitur quid factum, donec aliquid ſupereſt faciendum. l. penult. C. ad Syllan. Marcabrun. ab Anguil. conſil. 16. num. 33. 1. volum. Rimin. iun. conſilio 398. ſub num. 12. 4. volum. conſil. 629. num. 16. 6. volum. conſil. 783. num. 36. & conſil. 789. num. 29. 7. volum.

Etiam ſi aliquid minimum remanet agendum. ſecundum eundem Riminaldum ibidem, vbi eiuſdem ſententiæ refert Doctores in l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. oblig. & Rotam Genuenſem deciſ. 189. num. 3.

371 Sicut nec edere videtur, † qui totum non edit. vt legitur in l. 1. in fine, de edendo, & apud Speculatorem in tit. de locato. §. nunc aliqua, quæſtio. 29. ſub num. 40. & Caballinum in tract. diuidui, & indiuidui, parte tertia, ſub numero 261.

372 Ergo nec etiam vendere videntur, † qui totum, quod vendere promiſerunt, non vendunt.

Cum paria ſint aliquid non fieri, vel fieri, & non perfectè, vt decet. l. 1. de orig. iur. l. ſoluendo, de verb. ſigni. l. cum Syllanianum in fine. C. de ijs, quibus vt indign. quemadmodum his, & alijs legibus ſcribit Ioan. de Amicis conſil. 80. ſub num. 5.

Et imperfectum, & nihil æquiparantur. vt dicit Crauetta, de antiquit. temp. par. 3. verſic. vidimus in genere, num. 23. ex d. l. cum Syllanianum, quem & ego ſecutus ſum conſ. 27. num. 142. 4. uolum.

Factum etiam non dicitur, quod legitimè factum non eſt, vt ait Illuſtriſsimus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS, omnium ſane virtutum, & in progenie fœlicitatis auguſtiſsimum exemplum, in §. qui autem excuſare nu. 17. inſtit. tit. de excuſ. tut. poſt gloſſam vltimam in fine, in l. quod pupillæ, per illum textum, quand. dies leg. ced. & Iaſonem in l. quoties, qui ſatis. cogan. qui hoc ibi notat, & plura ſimilia congerit num. 3. & 4. cum alijs à me allegatis conſil. 27. num. 140. 4. uolum.

Sic etiam non dicitur datum, quod legitimè datum non eſt. l. 4. §. condemnatum, de re iud. & l. ſcire oportet. §. vlt. de excuſ. tut. & ita quoque obſeruat Summæ ſapientiæ Vir D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS d. §. qui autem excuſare nu. 16. inſtit. tit. eod. Et idem comprobatur quamplurimis ſimilius congeſtis à Surdo conſi. 3. num. 12. cum multis ſeq. 1. vol. & ex ijs, quæ ego ſcripſi conſil. 27. num. 138. 139. & 141. 4. volum.

TRIGESIMOQVINTO.

373 IVuantur prædicta ex eo, quod dici conſueuit, nempe, aut totum contractum agnoſcendum, † aut à toto recedendum eſſe. l. cum quæritur in fine, de admi tut. l. nam abſurdum de bon. liber. l. ſi ita ſtipulatio in fine, de oper. liber. l. cum fundus. §. ſeruum tuum, ſi cert. pet. & l. quidam elogio, C. de iure delib. Caſtren. conſil. 1. num. 3. in antiq. quod eſt in nouis conſil. 34. 1. volum. Corne. conſil. 210. nu. 14. 1. vol. Cur. iun. conſil. 147. num. 10. Natta conſil. 534. num. 2. & ſeq. tertio vol. Paſet. plura allegans, conſil. 17. num. 7. Alciat. in l. 1. §. ſed ſi mihi ſub num. 17. de verb. oblig. Cagnol. in l. ſecundnm naturam num. 6. de reg. iur. poſt Baldum, Ancharanum, Caſtrenſem, & Socinum, quos recenſet, atque alijs ſimilibus confirmat num. 7.

Idem

Idem ſentiunt alij, quos congerunt, & ſequuntur Rolan. à Val. conſ.97.nu.64.1.uol. Pretus conſ.19. nu.34.1.vol. Riminal.iun.conſ. 400. ſub num. 116.4.volum. conſilio 463. ſub numero 20. eodem volumine, & conſilio 671. numero 20. ſexto volumine. Bertazzol.conſi. ciuili 106.num.9. primo volum. Petrus Gregorius in Syntagmate iuris vniuerſi lib.26.cap.2.ſub num.15.

Et in terminis Tiraquel. de retraict. Lignager.§. 23. gloſ.1.numero 18.in fine, D. Cephal. conſilio 666.numero 11. quinto volumine. Surd. déciſ. Senat. Mantu. 220. numero 25. & prius conſilio 13. numero 22. & conſilio 156. numero 21. vbi alios refert idem firmantes, primo volum.

374 Et numero 22. extendit † procedere, etiam ſi agnoſcens, ſeu acceptans ignoraret onus annexum. allegat Caſtrenſem in l.ſi duo, de acquiren hæred. Cagnolum in l. qui cum alio numero 8. de reg. iur. Ripam in l. quod te numero 16. ſi cert.petat. & Rolandum à Valle, de lucro dotis quæſt.14.num.10.

375 Et, vltra eos, extenditur quoque † habere locum, vbi quis mandaſſet contractum certo modo fieri debere, & mandatarius diuerſo modo contraxiſſet. ſecundum Salicetum in l.præterea ad finem, mandati, & Aretinum, dicentem hoc perpetuo eſſe notandum, in §. is qui, ſub num.4.inſtit.tit.eodem, quos ſequitur Bertazxol. conſi.ciuili 106. numero 10. primo volum.

376 Nec mirum, quoniam † contractus ſui natura † eſt indiuiduus. vt
377 probatur ex legibus, & authoritatibus prællegatis. & docet etiam Bolognet.in l. 4. §. Cato paulo ante numerum 296. verſic. & propter naturam, de verbor.obligat. Alciat. in l. 1. §.ſed etſi mihi ſub numero 17.eodem tit. Paſettus conſilio 17.numero 6.Rimin.iun.conſi.400. ſub nu. 116. 4.vol.& conſ.463.ſub nu.20.eod.uol.conſi.613.nu.5.vbi alios allegat, ſexto volum. & conſilio 755.nu. 56. 7. vol. Burſat.conſilio 176.numero 3. ſecundo volum. conſilio 370.numero 37. verſicu. ſecundo, & numero 38. quarto volum. & conſil.438. numero 4. eod. volum. & ante eos Bald. in l.peremptorias numero 19. in fine. C. ſenten.reſcin.non poſ.

Tantoque magis indiuiduus eſt, ſi in eo interueniat dolus, ſeu fraus, vel culpa: cum & ipſe dolus ſit indiuiduus, atque indiuidua fraus, & culpa. l. ſi vt certo. §. ſi duobus in fine, commod. l. ſi duo verſ. quod ſi lancem, depoſiti. Bart. & alij in d.§.Cato in 6.oppo.idem Bart. conſil.159. numero 8. & Ruin. alios allegans, conſilio 86. primo volum. & conſilio 109. numero 27. quarto volum. vt refert idemque

 ſcribit

ſcribit Crauet. in reſponſo pro genero numero 138. & 183. & conſ. 1000.num.138.&183. 6.volum.

Subdens vtrobique numero 184. ob id, cenſeri etiam indiuiduam ſtipulationem dolum malum abeſſe. l. inter cohęredes. §. quod ex facto, famil. erciſ. l.4 in princ. de verb. oblig. Bologni. in d. §. Cato nu. 38. & alij plerique.

Cumque emptor omnia bona ſibi promiſſa conſequi nequeat, inde ſequitur, contractum in totum reſoluendum eſſe.

378 Intereſt enim ipſius emptoris, † aut totam rem habere, aut in totum à contractu diſcedere. vt in terminis reſpondit Beroius conſ. 158. nu. 39. verſ. intereſt enim, primo uolum.

Et contrahentes non poſſunt vti contractu, niſi cum ſua cauſa, ſuiſque vinculis. vt dicunt Bald. in l. prima ſub numero 5. C. de contrah. empt. & Iacob. Emilia. conſilio 69. numero 6. argumento l. in venditione, de act. emp.

TRIGESIMOSEXTO.

379 SI quando fiunt duo contractus vno contextu, † vnus cenſetur pars alterius. l. lecta, verſic. dicebam. ſi cert. petat. l. ſi ventri. §. in bonis, de priuil. cred. l. iuriſgentium. §. quinimo de pact. & l. fundi partem, de contrahen. empt. Corne. poſt Baldum, conſil. 36. num. 14. 2. volum.

380 Et celebrati eodem die, & loco, & coram iiſdem teſtibus, † incon-
381 tinenti facti dicuntur; & vnus † contemplatione alterius: vt ex ſententia eiuſdem Baldi, & Bartoli firmat ipſe Corneus citato loco, & numero 5. Socin. conſilio 272. numero 4. ſecundo volum. Deci. conſilio 606. numero 10. Cur. ſen. conſil. 54. numero 4. & ſequen. Cagnol. in d. l. lecta numero 110. D. Decia conſi. 46. numero 28. tertio volum. Strac. de aſſecurat. numero 33. Guliel. Redoa, de Simon. mentali capit. 35. numero 12. Vincen. Carotius, de depoſito par. 2. quæſt. 135. Ioan. Baptiſta Lupus, de vſuris, commentario 3. §. 4. numero 89. vbi hanc communem regulam appellat, quam etiam ſequitur Vir magni ingenij, & eminentiſsimus Iuriſconſultus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſilio 75. num. 34. lib. 1. Io. Baptiſta Ferettus conſil. 31 num. 28. 1. volum.

382 Et conſequenter † adinuicem correſpectiui cenſentur. d. l. ſi ventri. §. in bonis, de priuil. cred. & l. lecta verſic. dicebam, ſi cer. petat. gloſ. in l. vt iuriſiurandi in verbo libertatis, de oper. liber. Doct. in l. petens.

C.de

C. de pact. Angel. de Gambil.conſilio 116.numero 13. Deci.conſilio 636.numero 8. & permulti relati, & approbati ab Antonio Gabrielio in tit. de præſump. concluſ.13. numero 4. & 5. D. Deciano conſil.46. numero 28. & conſi.5. numero 10. tertio uol. Hieronymo Gabrielio. (Dicente quod pacta omnia in vno cõtractu appoſita exiſtimantur ob eandem cauſam, & correſpectiua.) conſilio 168. quæſt.2. numero 12. primo volum. Franciſco Becio conſil.92 numero 6. cum ſequen. & ab alijs locis præcitatis.

His accedunt permulti, quos ego commemoraui, & ſecutus ſum conſilio 20. num. 71. & 72. conſil.36.num.70.71. & ſeq. & conſil.39. num.81. primo volum.

Atque illis nunc addo plurimos alios, quos congerunt, & ſequuntur Hieronymus Magonius deciſ. Rotæ Florentinæ 30. numero 42. Io. Vincentius Hondedeus conſilio 7. numero 15. primo uolumine, & cumulatius D. Menochius, de præſumpt. libro 6. præſumpt. 12. per totam.

Inter quos numero 3. allegat Crauettam conſilio 298. num.13. di-
383 centem, † duos actus correſpectiuos pro vno haberi. addo Franciſcum Becium conſilio 92. ante numerum 8. verſic. ſicque cenſendus, Ancharanum iuniorem, plures alios recenſentem, quæſtio. 52. ſub numero 23. libro 3. Hondedeum conſil.7. numero 15. & conſilio 32. numero 14. primo volum.

384 Vnus etiam actus correſpectiuus † intelligitur cauſa finalis alterius. vt ex l. etiam. §. ex cauſa de minoribus, & nonnullis alijs legibus, atque ex ſententia Alexandri, Socini, & Federici de Senis, reſpondit D. Decia. conſilio 32. num.116. ſecundo volum. Vincent. Carotius de depoſito par.2. quæſt.185.

Et ipſe D. Menochius d. præſumpt. 12. ſub numero 3. allegat Rotam Romanam, poſt alios, firmantem deciſ.95. in fine, libro 1. in no-
385 uiſsime editis, quod omnes qualitates in vno exiſtentes, † etiam alteri ineſſe cenſentur. cui addo Purpuratum in l. lecta numero 43. ſi cert. petat. & acie mentis, rerumque variarum ſingulari ſcientia præclariſsimum D. SYLVESTRVM ALDOBRANDINVM in §. tutor autem numero 8. & 9. inſtit. tit. de autho. tut. Ancharanum iuniorem, etiam Romanum, Curtium, Caſſaneum, & Gabrielium allegantem, quæſt.52.num.23.lib.3. & Vincentium Carotium de depoſito par.2.quæſt.135.in fine.

Inſuper idem D. Menochius d.præſump.12.numero 28.lib.6 exten
386 dit ut procedat, † non ſolum quando vnico contextu duo actus ſunt

celebrati

387 celebrati, ſed etiam quando intra breue tempus; † veluti die ſequenti; vnus poſt alterum factus eſt: adhuc enim præſumitur, quod vnus gratia alterius fuerit celebratus. ſecundum Ancharanum, Crauettam, & alios per eum relatos.

388 Qui præterea numero 31.& 32.vult, iſtud habere locum † etiam inter perſonas diuerſas.

389 Et etiam quando † in diuerſis inſtrumentis hi duo actus confecti fuerint.

Pro primo allegat Alexandrum conſilio 90. numero 9. verſic. nec habent obſtare, tertio volumine, & ſeipſum conſilio 109. numero 2. volum.2.

Et pro ſecundo Corneum conſi.23.in fine 3.uol.& Modernos Pariſienſes in tract.de vſuris num.407.

Ergo multo magis idem eſt dicendum hoc in caſu, in quo omnes vendere promittentes vno inſtanti, ac in eodem inſtrumento,& vnico

390 contextu contraxerunt: vt ſcilicet † vnus promiſerit uendere ſuam octauam partem gratia, & contemplatione alterius.

391 Et ob id † omnes iſti actus (quatenus plures dici poſſent, prout vere non ſunt) adinuicem correſpectiui, & pro uno debent haberi.

392 Et ita in ſpecie à multo magis † argumentantur Crauet. conſilio 239. numero 6. uerſiculo rurſus, & Becius conſilio 92. numero 7. in fine.

393 Etenim † ratione eiuſdem contextus, ille promiſsiones de uenden-
394 do, † etiam ſi plures eſſent, pro una tamen ſunt habendæ: & de eis
395 † ut de unica promiſsione eſt iudicandum.l. cum antiquitas. C. de teſta. & l.hæredes palam §.uno contextu. ff. eodem Beci. d.conſilio 92. numero 8. poſt Baldum conſilio 327.in fine, tertio uolumine, & conſilio 392. in fine, quinto uolumine, Angelum conſilio 145.numero 2. uerſic. item ratione eiuſdem contextus. Romanum conſilio 445. numero 4. Iaſonem in d.l. lecta ſub num.14. ſi certum petat. Curtium ſeniorem conſilio 54. numero 6. Crauettam conſilio 298. numero 13. Corneum, Decium, Ruinum, & Ripam, de quibus ipſe Becius ubi ſupra mentionem facit; atque idem placuit eruditiſsimo, & optimo Iuriſconſulto D. SYLVESTRO ALDOBRANDINO in §.tutor autem num.10.inſtit.tit.de auth.tut.

Et in terminis uenditionis, ita etiam ſcribit Burſat. conſilio 340. numero 7.uerſic.3.uolum.tertio,poſt Cepollam in l.cum eiuſdem numero 4.de ædelit.edict.idem comprobat Surd.conſilio 217 numero 9. ſecundo uolumine, & à fortiori Ioan. Vincentius Hondedeus con-

ſilio 32. numero 14. primo volumine.

396 Neque vna † ſine altera conſiſtere poteſt. vt cumulate probat Crauet.conſil.356.num. 1.in fi.& 2.

397 Indiuidua autem dicuntur, † quorum alterum altero carere non poteſt. vt reſpondit idem Crauet.conſil.538.num.15.

Qui etiam d.conſilio 356. numero 3. & ſequen. in ſpecie affirmat,

398 Indiuidua iudicari, † quæ correſpectiua ſunt. idem verum eſſe oſtendit Rimin.iun.conſi.662.num.18.in fine, 6.volum.& conſil.807. ſub num.5. 7.volum.

Et Crauetta allegato conſilio 356.num.5. cum ſequen.ex ſententia Bartoli in l.Aurelius.§.idem quæſijt, de lib leg. Baldi, Caſtrenſis, Socini, Iaſonis, & aliorum alijs in locis ſcribit, Vnum indiuiduorum

399 † ſine altero admitti non poſſe.

Quod etiam ex eo comprobatur, nam obligationes indiuiduæ fortius, & intenſiuè, & extenſiuè ligant, & aſtringunt, quam obligationes diuiduæ.l.2.§.ex his,l.ſtipulationes non diuiduntur,de verbor. obligat.l.ea quæ, de reg.iur. & ita preciſè docuit Caballinus in tract. diuidui, & indiuidui par.3.num.181.

Quamobrem illud conſequens eſt, quod ſi vnus ex contrahentibus ſuam octauam partem vendere nequit, atque ita, quo ad illum, contractus effectum ſuum ſortiri non poteſt, nec etiam quo ad alios debet ſuſtineri, ſed in totum reſoluendus, vel nullus declarandus eſt.

400 Cum Actuum correſpectiuorum † ea ſit natura, vt vno nullo exiſtente, alter quoque inualidus, & nullus remaneat. l.etiam.§.ex cauſa, de minoribus l.cum emptor, de reſcind. vend. & l.vltima,de acceptil. Alexan.conſilio 111.numero 3. volumine 3. & D.Menochi.conſilio 156. ſub numero 15. ſecundò volum. & ambo alios referunt, qui huic ſententiæ adhærent. quam & ego ſecutus ſum conſilio 39. nu.82. primo volum.

Addo nunc l.filio. §. matri, & l. alumnæ.§.Seia, de adim.leg.l Clemens.§. primo,de hæred.inſtit. Albam conſilio 45.numero 6.Crauettam conſilio 246. numero 4. Rotam Romanam deciſ.677. numero 2. parte prima in nouiſſimis, D. Decianum conſilio 32.numero 116.ſecundo volumine, & alios, quorum meminit, idemque tuetur D. Menochi, de præſumpt.libro 6. præſump.12. numero 2.verſic. & propterea, Magonius deciſ. Rotæ Lucenſis 61. in addit. ſub litera A. in verbo impleuiſſe. Marcabrun. ab Anguil. conſilio 1. numero 148. primo volum. M. Anton. Eugenius ex communi, conſilio 12. ſub num. 21. in fine & 22. primo uolumine. Rimin. iun. conſilio 662. numero 18.

ſexto

ſexto volum. & conſilio 807. num. 5. ſeptimo volum.

Confirmatur, nam etiam contractuum correlatiuorum ea eſt natura, vt vna parte ſublata, tollatur altera. vt dixit ipſe Rimin. conſilio 776. numero 4. eodem volumine, ex l. fin de acceptil. l. cum venditio, C. de reſcind. vend. & poſt Baldum in l. ſi abſentis ad finem. C. ſi cert. petat. & in c. 2. de feudo dato in vim legis commiſ. & Riminaldum ſeniorem conſil. 175. num. 7.

Addo eundem Baldum in Rub C. de reb. cred. numero 3. in fine, Euerardum in loco à correlatiuis numero 2. cum nouem ſequen. & Doctiſsimum Manticam, de coniect. vlt. voluntat. libro quinto, tit. 12. numero 31. quos & Ego ſecutus ſum conſilio 39. numero 98. quinto volumine.

Ratio eſt (ſecundum Riminaldum iuniorem d. conſilio 776. numero 5. ſeptimo volumine.) quoniam contractus claudicare non debet, niſi fauore pupilli. l. Iulianus. §. ſi quis colludente cum. §. ſequen. de acti empt.

Quæ ratio comprobatur ex pluribus à me ſupra memoratis numero 110. & 111. & authoritate Illuſtriſsimi D. SYLVESTRI ALDOBRANDINI non minus ſingulari quadam integritate, & innocentia, quam abſoluta vtriuſque iuris ſcientia, & omnium optimarum artium ſtudijs, dignaque homine nobili doctrina celeberrimi, in §. authoritas autem numero 31. verſiculo in gloſ. fin. inſtit. tit. de auth. tut.

Qui inſuper ſubdit numero 32. & 33. & multis legibus ſubtiliter probat, contractum claudicare nedum fauore pupilli, ſed fauore etiam filiorum, Eccleſiæ, & Principis, ac in odium doloſi.

Confirmatur etiam, Siquidem, Reſolutionem vnius, & eiuſdem negocij reciproci quis non tenetur pati pro parte, ſi in totum diſcedere malit. vt in terminis venditionis ſcribit Caballinus in tract. diuidui, & indiuidui parte 3. numero 583. 592. 596. 597. 598. & 605. per l. tutor, §. curator, & l. intra vtile in fi. de minor. l. quod ſi nolit. § idem Marcellus, de ædelit. edict. & ex ſententia Fulgoſij, Socini, Iaſonis, Ruini, Cagnoli, & Deti, quos commemorat, illiſque accedit Marcabrunus conſil. 49. num. 81. primo volum.

TRIGE-

TRIGESIMO SEPTIMO.

AD excluſionem præſtationis intereſſe loco bonorum, de
quibus agitur, uel partis eorum, conſiderandum eſt,
quod uenditores promiſerunt vendere bona ipſa, (*&
quaſcunque petias terræ &c. quas, & quæ habent in dictis locis
Vinzaſchæ, & de Ramellis.*)
401 Et ponderanda ſunt illa uerba (*quas, & quæ*) ſunt enim † relatiua
ſubſtantiæ. ſecundum gloſſam in l. unica in uerbo proferuntur in fine,
C. de ſenten. quæ pro eo, quod intereſt, Bartolum in l. prima nu-
mero 4. C. de ſumma trinit. & fide cathol. idemque probatur multis
legibus à me allegatis conſilio 7. num. 114. & conſilio 32. num. 149.
primo uolumine.
402 Et huiuſmodi relatiua † reſtringunt promiſsionem ad id, quod re-
ferunt. l. à filio. §. Teſtator, & §. Titia, de alim. & cib. leg. l. ſtichum,
qui meus erit, de leg. 1. l. ea tamen adiectio, de leg. tertio, & utrobique
Bart. & alij notant. Deci. conſil. 260. alias 261. num. 1. Pariſ. conſil. 17.
numero 37. tertio uolum. D. Menochi. de præſumpt. lib. 3. præſump.
101. numero 7. & Doct. in l. omnes populi, per illum textum, de iuſt.
& iure.
403 Ergo intereſse † loco ſubſtantiæ ipſorum bonorum per illum, qui
ſuam octauam partem uendere nequit, ſolui non poteſt, ſed contra-
ctus reſolutioni in totum debet ſubiacere.

TRIGESIMOOCTAVO.

CVm uenditor, qui tradendi facultatem non habet, ſol-
uendo intereſse liberetur: & multo magis ſi tantum uen
dere promiſit, quo caſu, etiam ſi tradendi facultatem
habeat, ſoluendo ipſum intereſse liberatur: ut in unde-
cimo contrariæ opinionis argumento oſtendimus: ſi pro
404 octaua parte, quæ in caſu propoſito tradi non poteſt, † admitteretur
ſolutio intereſſe, & pro alijs ſeptem partibus præcisè bonorum tradi-
tio fieret, ſequeretur abſurduin, & inconueniens.

Quia emptor tantum pro parte bona, ſibi promiſsa, conſequeretur,
& pro alia parte intereſse.
405 Quod ſanè † inconueniens, & abſurdum eſt. ex claro reſponſo Pau
li in l. in executione. §. pro parte, de uerbor. obligat. quod reſponſum
in ter-

in terminis perpendit Cur.iun.conſilio 74.numero 1. uerſiculo prima quia, Eguinarius Baro, poſt Bartolum ab eo relatum, de diuid. & indiuid. oblig. libro 2. cap.6. numero 10. & frequentiſsime adhoc allegant Doctores in d.l.4.§.Cato, & l.ſtipulationes non diuiduntur, de verb.obligat.Iaſ.in memorata l.in executione in princip.num 4.ita ex eo obſeruat, & prius Alexand.in eodem.§. pro parte num.3.

406 Et vterque intelligit iſtud verum,† quando aliquid debetur, ſeu eſt in obligatione ex diſpoſitione hominis: vt eſt præſenti in caſu.

407 Cęterum ſi debetur ex diſpoſitione legis,† ſecus eſt. & prius ita cenſuit Imola in l. ſupra iter. §. officium ad finem, de aqua pluuia arcen. per l. ſi cum vno. §. vltimo, ſi ex nox. cau. aga. & l. ſi ſeruus communis poſt principium,de noxa.

408 Ratio † differentiæ eſt duplex.

409 Prima, quia priore caſu eſt, quod imputetur illi, † qui ſe obligauit: poſteriore vero caſu nil eſt, quod ei imputari poſsit. conferunt, quæ ſcribit Deci.conſil.492.num. 5.in fine, & 6.

410 Secunda, quoniam mitius agitur † cum lege, quam cum homine.l. Celſus in princip. de recep. arbit. c. illo, de elect.glo.magna in l.aſsiduis. C. qui pot.in pign.hab. Hormanoct.in d.§. Cato, numero 50. & latius numero 348.Bolognet. nu.220. Socin.iun.in d.l. ſtipulationes non diuiduntur num.245.358.&360.

Et has rationes afferunt Imola in d.§.officium, Iaſ. in allegata l. in executione ſub numero 4. & Hormanoctius loco præallegato.

Et idem Iaſon in fine eiuſdem numeri 4. vult in eo, quod debetur

411 ex diſpoſitione legis, † propter cauſam neceſsitatis, ſolutionem partim in re, partim in pecunia fieri poſſe.per l.2.§.& harum, de verb.oblig.iuncta auth. hoc niſi, C. de ſolut.

412 Non autem † ſi debeatur facto voluntario: vt in caſu noſtro.

Et vltra Iaſonem, hoc idem ea ratione comprobatur.

413 Nam videmus, quod pluribus rebus venditis † addictione in diem, non audirur, qui partem pretij, & partem rerum offert. vt ſcribit Petrus Gregorius in Syntagmate iuris vniuerſi par.3.lib.26. cap.2. numero 15. verſiculo, & pluribus, per l. quod ſi vno, de in diem addic. l. fiſtulas.§. qui fundum, de contrahen.empt. & tres alias leges, quas allegat.

414 Comprobatur etiam, quandoquidem lex † voluntariæ neceſsitati non ſuccurrit. l. ſi fideiuſsor.§.ſi neceſsaria, & l.de die. §.vltimo,qui ſatis.cog.l.penult.C.quibus ad lib.procl.non licet,l.aut qui.§.primo, quod vi aut clam.l. is qui,de acquiren. hæred.l. cum poſtulaſſem in

princ.

prin. de damno infec. l. 2. §. ſi quis tamen, iuncta Glo. in verbo arctauerit, ſi quis caut. l. ſicut in princip. C. de actio. & oblig. & §. item tria ibi, (*affectare &c.*) inſtitut. titu. de excuſ. tut.

Quamobrem receptum eſt, quod ſi ex iuris diſpoſitione præſtanda
415 ſit ſatiſdatio, † et non facile poteſt reus eam ibi præſtare, vbi conuenitur, poteſt audiri, ſi in alia eiuſdem prouintiæ ciuitate ſatisdationem præſtare paratus ſit.

416 Si autem ſatiſdatio voluntaria eſt, † non in alium locum remittitur. vt eleganter cum Glo. 1. reſpondit Vlpianus in d. l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, qui ſatiſ cog.

Cum igitur inconueniens, & abſurdum ſit, quod memorata venden di promiſsio, per effectualem bonorum vendendorum traditionem, ſolum pro ſeptem partibus octo partium exequatur, & pro alia octaua
417 parte ſoluatur intereſſe: Inde ſequitur, † quod ad hoc, ut huiuſmodi abſurdum euitetur, contractus in totum reſoluendus eſt.

418 Neque pars aduerſa † excuſari debet, quamuis traditio illius octauę partis non ſit in facultate promiſſoris, ſed quodammodo impoſsibilis videatur, & fieri nequeat, neceſsitate ita cogente, propter non habitam licentiam alienandi à Medi olanenſi Senatu, vel Rege Catholico.

419 Cum ſit voluntariè † in obligationem deducta ab ipſis vendere promittentibus: atque ita ex hominis diſpoſitione debetur, non etiam ex diſpoſitione legis, iuribus, & deciſionibus præallegatis.

420 Et argumentum huiuſmodi † ab abſurdo, ſeu inconuenienti euitando, validiſsimum appellat, & copioſe confirmat Euerardus in loco ab abſurdo, per totum.

421 Debet enim quęlibet diſpoſitio † ſic intelligi, ne aliquod abſurdum, vel inconueniens ſequatur. l. nam abſurdum, iuncta l. præcedenti, de bonis libertorum. l. obſeruare §. vlti. de off. proconſulis, l. ſi quis ex argentarijs §. vlt. de ęden. l. vlt. C. de author. præſt. c. venerabilem, & c. in Geneſi, de elect. cum pluribus ſimilibus cumulatis ab ipſo Euerardo dicto loco ab abſurdo num. 1. & 2. & Crauetta conſilio 62. num. 8.

422 Et ne ſequatur dictum abſurdum, & inconueniens, † quod pro parte res tradatur, & pro parte ſoluatur intereſſe, factum cenſetur indiuiduum. vt declarant Bar. in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, in 3. q. nu. 25. ver. & illud factum, Bolognet. nume. 114. ver. quarto facit, & ſub nu. 116. & in l. 4. §. Cato nu. 37. & ex communi num. 56. ac utrobique cęteri omnes ſcribentes, de uer. oblig. Socin. conſilio 16. num. 44. uol. quarto, & Martinus Santius in arbore diuidui, & indiuidui ſub nume. 18. in fine, & 19. uer. quarto prædicta regula, Bartolumque ubi ſupra

omnes ſequuntur teſte Gaſpare Caballino in tract. diuidui, & indiuidui par. 2. 2. partis ſub num. 261. licet ipſe ab eo diſſentiat.

Sed eandem Bartoli, & receptam opinionem approbant, & amplectuntur Ronchegal. in l. eandem ſub numero 85. de duob. reis. Burſát. conſil. 176. ſub numero 33. 2. volum. & ex omnium ſententia conſilio 370. num. 31. verſic. ſexto, 4. vol. Rota Genuenſis deciſ. 156. num. 13. Surd. conſ. 13. num. 21. 1. vol. Bertazzol. conſ. ciuili 54. num. 8. 1. vol. & Excellentiſsimus, ac optimi conſilij D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS, cuius memoria vbique floret laudibus, conſilio 83. numero 5. verſic. præterea lib. 1.

423 Vbi inſuper concludit obtinere, † etiam ſi præſtatio partis eandem afferat vtilitatem quo ad partem, quantam præſtatio totius quo ad totum. idem placuit Socino ex communi conſ. 16. ſub numero 44. volu. 4. & Rotæ Genuenſi d. deciſ. 156. num. 12. in fine, & ſeq. Ergo &c.

TRIGESIMONONO.

IDem vrgentius comprobatur, conſiderando pactum in inſtrumento appoſitum; quo expreſſe conuentum eſt, *(quod emptor ſoluat alios Scutos ſex mille, pro completa ſolutione dictorum Scutorum viginti ſex mille, in pecunia numerata, & non in alia re contra voluntatem venditorum.)*

424 Ergo vice mutua † debet etiam ipſi emptori per venditores fieri traditio bonorum omnium vendi promiſſorum, non autem pro ſeptem partibus octo partium tantum, & pro alia parte intereſſe contra eius voluntatem.

425 Ratio † eſt.

426 Tum ne † claudicet contractus: & quia emptor, & venditor † ſunt

427 correlatiua. vt ſuperius in duodecimo contrariæ opinionis argumento, & in ſecundo fundamento partis, quam tuemur, oſtenſum eſt. num. 85. 86. 110. 111. & 404. verſic. ratio eſt.

428 Tum etiam, quia ratio naturalis ſuadet, † vt quod venditores in ſolutione pretij ad eorum commodum æquum eſſe exiſtimarunt, idem ſeruetur ad commodum emptoris in traditione bonorum, quę ei vendere promiſerunt. Bald. in l. peremptorias, paulo ante num. 20. ver. & quod quis, C. ſent. reſcind. non poſ. Calcaneus noſter conſil. 7. num. 14. ver. & etiam quod æquum, quos ſecutus ſum conſil. 34. num. 129. 2. vol.

Addo Becium plura adducentem, conſilio 45. num. 21. & 22.

429 Addo etiam, illud æquum eſſe, † quod ratio ſuadet naturalis. vt ex c. non debet, de conſan. & affin. obſeruat Illuſtriſſ. & rerum optimarum fons

rum fons

rum fons vberrimus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS, conſilio 2.num.146.lib.1.

Et ratio naturalis potiſsima eſt in quacunque interpretatione.ſecũdum Petrum, Cynum,& Baldum in l.non dubium, C.de legi.& alibi, vt refert,& ſequitur Pariſ.conſil.105.num.18. & ſeq.4. vol.

Etiam ſtatutorum. Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, numero 302. de vſucap. Oſaſc. deciſ.58. numero 10.

Et præſumitur finalis,quamuis nõ ſit expreſſa.vt ex Bartolo,& alijs copioſe docet Tiraq.in trac. quod ceſſante cauſa,limit.1.nu.44. & 67.

Pluresque notabiles parit effectus. quos congerit,& multis authoritatibus comprobat ipſemet Tiraquel.ſub eodem num.67.& 68.cum decem ſeq.& limit.3.num.1. cui addo Corneum conſil.98.ſub num.3. vol.3.Socinum conſil.98.num.3.vol.3. Afflictum deciſ.403.nume.8. Nattam conſil.129.num.2.1.vol.conſilio 402.num.32.2. vol. Rodericum Suarez in l.4.for.lib.2.tit.de las iuras, paulo ante nu.28.Egidium Boſsium in tit.de Principe,& priuil.eius,nume.188. Cagnolum in l. Si emancipati nume.146.C. de collat. & in l. in ambiguis pro dotibus §. quoties num.3.& 4.de reg.iur.D.Decianum conſil.1.num.204. 2.vol. & conſil.62.num.76 77.& ſeq.3.vol. Ioſephum de Ruſticis in trac. an et quan.lib.in cond.poſi.voc.lib.6.cap.6.nume.13. et Fabium Turrettum conſil. 31.num.5.1.vol.et conſil.88.num.13.et ſeptem ſeq.2. uol.

Nilque aliud eſt ipſa naturalis ratio, niſi ſenſus quidam communis, et ex affectu omnium communi procedens. ſecundum diffinitionem Excellentiſsimi D.Tiberij Deciani conſil.9.num.48.2.uol.adducentis gloſſam primam in l.prima,de pact.

His accedit, nam per uiuam rationem interpretamur ſcripturas. vt inquit Bald.in c 1.nu.15.uer.item per uiuam,de conſti.ſubtiliſsimus,et conſumatiſsimus Iuriſconſultus D. Franciſ. Mantica in ſuo pulcherrimo tract.de coniec.ult.uol.quo ſibi ingens nomen comparauit,et gloriam perpetuo duraturam,lib.6.tit.14.numero 8

Neceſſariaque dicitur interpretatio, quæ fit per punctum rationis. ut ſub eodem numero ipſe affirmat. ex Baldo conſilio 411. numero 1. uer. unde quod uni, 1.uol. et Crauetta conſilio 3. numero 23. et conſilio 135. numero 37.

Et interpretatio, quæ ſumitur ex ratione, non eſt extenſiua, ſed intellectiua. ut notant Bald. in prin. Fulgos. Caſtrenſ. et alij plerique in l.quamuis,C.de fideicommiſ.Alex.Soci.Seni. Deci. Soci.iun. ex communi, et cęteri alijs in locis, ut meminit, et eos ſequitur Clariſsimus Mantica dicto libro 6. titulo 14. numero 20. Et idem ego reſpondi,

ac lege, ratione, & authoritate comprobaui,conſilio 32. num. 72. 73. 74. & 75. 1.vol.

Nunc addo gloſſam in c. 1. in verbo Italiæ,de temp.ordin. in 6. & in c. ſi poſtquam in verbo mente, de elect. in 6. Baldum in l. ſi quis ſeruo, numero 4.C.de furt.& Ripam,alios recenſentem,in l. ſi conſtante,numero 63.& 64. ſolut. mat.

430 Tum,vt inter contrahentes † ęqualitas ſeruetur.l. cum emptor, de reſcin.vend. & hoc indubitati iuris eſſe ſcribit Rolan.à Val. conſ.100. numero 15.3.vol.D.Cephal.conſilio 143.numero 8.1.vol.D.Menochi. conſil.26.num.22.& conſilio 34.num.11.1.vol.conſil.203.nu.16.17. & 18.3.vol.& ante eos Dyn.in c.in iudicijs numero 3.de reg.iur. in 6. Crauet.conſilio 428. ſub numero 15. Marcabrun. ab Anguil. conſilio 1.ſub numero 148.1.vol.

His addo Baldum, Angelum, Socinum iuniorem, Boerium, Alciatum,& Crauettam,alibi,quam vbi ſupra,quos refert, & ſequitur Bur-
431 ſatus,loquens de locatione, † in qua idem ſtatutum cenſetur, quod in venditione,& è conuerſo.ſecundum Aretinum,per illum textum,inſt. tit.de locat.in prin.in 1. not. et latius ſupra dictum eſt conſ.104. nu.9. 1.vol. et conſil.237.numero 7.3. vol. Gratus, etiam ipſe de locatione verba faciens,conſil.86.num.3.1.vol.

Et in terminis Becius idem tradit conſilio 45.numero 23.vbi refert Salicetum in l.Iulianus,§. offerri, de acti. emp.

Qui,ex ſententia glo.in l.qui pendente,per illum textum,eodem tit.
432 uult idem ius ſeruari deberet in traditione rei uenditę ad commodum emptoris, quod ſtatutum eſt in ſolutione pretij ad commodum venditoris. Et, vltra eum, idem cenſuit Caſtrenſis in dicto §. offerri, numero 1. et 2.Deci.conſilio 119.ſub num.1. Surdus conſilio 101.num.6.et 7. Burſat.conſil.194.num.35.2.vol.

Quod etiam comprobatur ex regula l.1.quod quiſque iuris, vbi Vl-
433 pianus eleganter ait, *(quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici,† quod ipſe alijs dixit, vel dici effecit?)*

434 Quæ regula † etiam in pactis contrahentium procedit. l. cum in eo, vbi Glo. vltima quam plures alias leges allegat,de pactis,et l.rata iuncta glo.pen. et ult.C. de reſcin.uend.

435 Accedit,nam in dubio interpretatio fieri debet,† ut contrahentium æqualis ſit conditio.ſecundum Crauettam conſil.70.num.1.per l. ſi id, quod,§.ultimo,de reſcin.uend.et l.penult.in fine, C. communi diuid. idem comprobat Rolan.à Val.conſ.100.num.16.3. vol. Nonius conſil. 112.num.8.ubi ad hoc multas leges allegat.

Et id

436 Et id maximè procedere affirmat † in contractibus correſpectiuis.

437 Et æqualitas pactorum † bonam fidem in contrahentibus arguit. vt copioſe reſpondit Crauet. conſil. 145. nu. 13. quem ſequitur D. Menoch. conſil. 26. num. 23. 1. volum.

438 Præterea æqualitas † in contractibus ſeruanda eſt, tàm in eis interpretandis, quam iuſtificandis. l. ſi ſocius pro filia, pro ſocio, per quam legem ita aſſerunt Bald. in l. 2. ſub num. 20. & Cagnolus, qui de communi atteſtatur, num. 54. C. de reſcin. vend.

439 Et ipſi, atque alij ibidem præciſe de contractu † emptionis, & venditionis loquuntur.

Quibus addo Fabianum de Monte, de empt. & vendit. quæſt. 8. numero 8. Velpellum de promiſſ. de non offen. quæſt. 79. numero 5. Moronum de fide treug. & pace, quæſt. 169. numero 14. Nouellum de iure prothomiſ. §. 7. nu. 47. & Antonium Guber. Coſtan. de voto cap. 6. numero 4.

Addo etiam Crauettam conſil. 477. num. 8. conſil. 548. num. 5. & conſil. 899. ſub num. 10.

Vnde merito idem Crauet. conſi. 428. nu. 15. & conſil. 973. nu. 12. egregie reſpondit,

440 Aequalitatis ſeruandæ cauſa, † in contractibus extenſionem fieri de vno contrahente, ad alterum.

441 Ac de venditore † ad emptorem,

442 Et † è contra. per dictam l. cum emptor in princip. de reſcind. vend. l. vlt. de acceptil. & ex traditionibus Fulgoſij conſil. 200. & aliorum, de quibus mentionem facit.

Aſſerens quoque tam d. conſil. 428. num. 15. verſic. amplius, quam etiam conſil. 133. nu. 8. verſic. quinimo, quod ratione ſeruandę æqua-

443 litatis, † extenſio fit etiam de vno caſu ad alium.

Ad quod probandum allegat. §. illud, inſtit. tit. pro ſocio. l. vltimam, C. de fruct. & litium expenſis; Ancharanum conſilio 350. verſiculo quarto, quia prouiſio, & Socinum in l. prima, in 4. not. de rebus dubijs.

444 Et vt ſeruetur æqualitas, † id etiam continetur in diſpoſitione, quod alias non comprehenderetur. vt probat ipſemet Crauet. d. conſilio 133. numero 7. de quo mentionem facit, & cum eo reſidet D. Cephal. conſilio 525. numero 47. conſilio 529. numero 43. quarto uolumine, & conſil. 733. num. 21. 5. volum. Rimin. iun. qui eos alibi idem firmantes recenſet, & ſequitur, conſ. 673. num. 52. 6. volum.

445 Continet enim † æquitatem ipſa æqualitatis ſeruandæ ratio. ut ex l. vltima, C. commun. vtriuſque iud. obſeruat idem D. Cephal. dicto conſilio 733. numero 16.

446 Conferunt etiam plurima in materia ęqualitatis † ſeruandę à me allegata, conſilio 23. numero 74. vſque ad num. 95. 1. volum.

Quibus addo, quod ex l. ſi ita legatum, de condit. & dem. & ex ſententia Bartoli, Aretini, & Socini, ſcribit D. Decian. conſilio 106. numero 27. 3. volu. Cum inquit, amplectendam eſſe illam interpretationem, quæ æqualitatem onerum conſeruat.

447 Tum denique, quoniam audiendi non ſunt † petentes id, cuius contrarium non eſſent poſtulaturi. l. ſi & rem, & pretium iuncta Glo. in ver bo deſideret, de pet. hæred. l. iuſiurandum. §. ait prætor. de iureiur. & l. penult. C. de ſolut. Burſat. poſt Angelum, conſilio 104. numero 10. ver. neque, 1. volum.

QVADRAGESIMO.

IN eodem inſtrumento adeſt etiam aliud pactum, quo, (*ſaluis prædictis*) conuentum eſt, (*vt omne commodum, & damnum, quod contigerit in dictis bonis, cedat ad damnum, & commodum emptoris, tanquam ſi illi de eis factum fuiſſet datum.*)

448 Quod ſanè pactum † eſt reciprocum reſpectu commodi, & incommodi, & æqualiter reſpicit omnia bona, & quamlibet eorum partem, ac traditionis effectum. per regulam l. iam hoc iure, de vulg. l. ſi Legatarius §. vltimo, vbi Bar. de leg. 2. l. quamuis, & l. hæreditas, C. de impub. & alijs ſub. cum pluribus ſimilibus congeſtis à Franciſco Becio conſilio 101. numero 64. in fine, & 65.

Illiſque accedunt, quæ ego ſcripſi conſilio 1. numero 76. 77. & 78. 1. volum. & conſilio 13. numero 70. 4. vol.

Ergo, vt emptor in toto, & qualibet parte commodum conſequatur,

449 & pactum huiuſmodi verificetur, † effectualis traditio omnium bonorum, & ſine diminutione alicuius partis, per venditores fieri debet, vel in totum contractus reſoluendus eſt.

450 Aequiſsimum etenim † videtur, quod ſi emptor, † non reſpectu v-
451 nius partis tantum, ſed omnium bonorum, ſe ſubiecit incommodo, & damno (*inundationis aquarum, incendij, & aliorum quorumcunque caſuum, etiam inopinatorum,*) vt in eodem pacto continetur, quod etiam commodum traditionis dictorum omnium bonorum conſequatur. c. qui ſentit, de reg. iur. in 6. l. ſecundum naturam. ff. eodem l. is qui in poteſtate

ſtate

ſtate §.vltimo,de leg.preſt.cum alijs vtrobique allegatis à Glo. & ſcribentibus.

452 Nec pro parte rei tradendæ † ſolutio intereſſe admittatur.

453 Ratio † eſt.

454 Quia commodum † ab onere regulatur. l. quoties ad Trebel. l. Neſennius §. vltimo. de excuſ. tut.l.plane §.ſi duobus vbi Glo.Bald. Angel. & Doc.de leg. 1.Cuma.conſilio 162. numero 4. & Crauet. conſilio 957. numero 20.idem ſcribit Deci.in dicta l.ſecundum naturam in prin. ver. & ideo, vbi etiam Bartolum,Alexandrum, & alios refert, de reg.iur.& latius comprobant Cagnol.ibidem numero 6. & 7. & Ioan. Franciſ. Montanus circa principium, & infra.

455 Et ideo æqualitus pactorum, † circa lucrum, & damnum inter con-
456 trahentes,vti † bonę fidei pręſumptionem pręſe ferens,inducenda eſt. ex traditionibus Decij conſilio 308.numero 6.Crauettæ conſilio 145. numero 13.& conſilio 414.numero 13.D.Menochij conſilio 34.num. 2.1. volumine, & conſilio 92.numero 41. cum ſequenti eodem volum. & ex l.vltima,C.de fruct.& lit.expen.l.ratas in fine.C. de reſcin.vend. ac iuribus, & authoritatibus præallegatis.

457 Et inæqualitas † quo ad lucra,ad æqualitatem reducitur. l. vltima, C.famil.erciſ. l.vt liberis,C.de collat.Aut.æqualitas,& in corpore vnde ſumitur,C.de pac. conuen.cum alijs à Beroio relatis conſil. 38. ſub numero 5.1.vol.

458 Vltra prædicta, quod pacta † ſemper ſint reducenda ad æquitatem:

459 Et æqualitatem † arbitrio boni viri. tradit Ambroſius de Vignate, de vſuris §. ſalubriter numero 109. & eſt in Tomo 7. trac. diuerſorum fol. 26.

QVADRAGESIMOPRIMO.

IDem pactum in præcedenti fundamento relatum, appoſitum fuit in contractu, non ad alterandum naturam præcedentium,ſed ad eorum confirmationem: propter illam clauſulam *(ſaluis prædictis)* eius initio adiectam.

460 Quæ † declarat, limitat, & reſtringit ſequentia. vt ex pluribus probat Pariſ.conſilio 70. ſub numero 13.15.& 28.3.vol. Beci. conſilio 74. ver.immo dictio, cum numero ſeq.vbi alios commemorat.

461 Et conſeruat ius, † quod competit ex præcedentibus.l. ſi debitor.§. 1.quibus mod. pign. vel hypot. ſol. ibi, *(niſi ſalua cauſa pignoris.)* l. 3.§. penult.de lib.exhib.Caſtrenſ.alias leges adducens,conſi. 139.num.5.

ver.item

ver. item in dicto, in antiquis, & poſt Bartolum, eundem Caſtrenſem alibi, quam vbi ſupra, Decium, & Crauettam, quos recenſet, idem tradit Becius d. conſilio 74. num. 34.

462 Atque operatur, † quod contrahentes non videantur voluiſſe diſcedere à prima conuentione, ſed eam confirmare. ſecundum Gratum conſilio 132. numero 10. & ſeq. quem refert, ſequitur, & ſimilibus authoritatibus comprobat Oſaſc. deciſ. Pedem. 164. ſub numero 7. idemque ſcribit Theſſaurus deciſ. 125. num. 5.

Ergo multo magis dicendum eſt, quod per omiſsionem traditionis octauæ partis bonorum, de quibus agitur, contractus huiuſmodi in totum reſoluendus ſit.

QVADRAGESIMOSECVNDO.

463 IN eodem inſtrumento extat etiam clauſula de defendendo, † vt legitur ibi *(& maxime cum clauſula de defendendo & de euictione in plenaria forma)* quę indiuidua eſt. l. 4. §. vltim. l. in executione §. in ſolidum l. cum ex cauſa, de ver. oblig. Bar. Rui. & Alciat. in d. l. 4. §. Cato, eodem titul. quos ad hoc refert Excellentiſſ. D. Conſulens in fine ſui reſponſi.

Addo ego Hormanoctium Decum in eodem §. Cato, numero 355. & 671. vbi allegat l. vulgaris in prin. de furtis. idem eo loci tradit Ludouicus Bologninus numero 20. Rui. in 1. lect. numero 17. poſt Bartolum, & alios, & ibidem Soci. iun. numero 132. eiuſdem ſententiæ refert ipſum Bartolum, Angelum, Imolam, Caſtrenſem, Alexandrum, & Iaſonem. quam etiam eodem in loco ſequitur Bolognet. nume. 208. alios, illam probantes, & communem dicentes, recenſet Surd. conſilio 150. numero 2. 1. vol.

Et quamuis Ripa, poſt Cumanum, & non nullos alios, ab ea diſſentiat, ipſam tamen communem fatetur, in d. §. Cato, numero 77. quam pariter communem enuntiat, ac Butigellam, & Zaſium allegat Caballi. in tract. diuidui, & indiuidui par. 2. 2. par. quęſt. 10. num. 408. 409. ver. quid dicendum, vbi ad idem Galliaulam adducit, & numero 480. ita Senis iudicatum eſſe affirmat, ac etiam numero 512. & 513. vbi declarat quomodo procedat, pag. 255. & 264. communem quoque dicit, ſimilibus authoritatibus comprobat, ſequitur, & pro ea iudicatum aſſerit Burſat. conſilio 370. num. 36. & 37. 4. vol.

Eandem ſententiam tuentur Eguinarius Baro, de diuid. & indiuid. oblig. libro 3. capit. 2. numero 15. ver. quia ſi defenſionem, & Crauet. conſilio

conſilio 919. numero 12. qui, præter iura ſuperius allegata, adducit l. cum vno, ſi ex nox. cauſ. aga. l. ex clauſula, & l. ita tamen §. penult. iudic. ſol. idem tradit Andre. Gail practicarum obſeruationum libr. 2. obſer. 14. num. 1. in fine, & 2.

464 Addo etiam, quod plures † obligati ad defendendum, tenentur inſolidum. ſecundum Ruinum in l. ſtipulationes non diuiduntur num. 32. de ver. oblig. Hormanoctium in d. §. Cato num. 221. in fine, & Eguinarium Baro. de diuid. & indiuid. oblig. lib. 1. cap. 6. nume. 11. & ante eos Soci. conſilio 125. numero 16. 4. vol. idem in terminis docet Andre. Gail d. obſeruatione 14. num. 1. cum ſeq.

465 Qui numero 4. extendit habere locum † etiam in pluribus hæredibus venditoris: nam & ipſi in ſolidum tenentur emptorem defendere. iuribus per eum allegatis.

466 Illud autem indiuiduum obligatione eſſe dicitur, † ad quod plures in ſolidum tenentur. vt ait Bartolus in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, paulo ante numerum 9. in octaua oppoſitione ver. ſed conſtat, vbi ad hoc probandum allegat l. in executionibus §. ſecundo, de ver. oblig. & l. fideicommiſſa §. penult. de leg. 3. Ergo &c.

467 Addo quoque, illum defendere non videri, † qui in totum non defendit. vt cautum eſt in l. ſi defenſor, de inter. acti. & expreſſe per illum textum ita tradit Specul. in tit. de locato ſ. nunc aliqua, quæſt. 29. ſub numero 40.

468 Id etiam, quod pariter † omnes reſpicit (veluti ſi eis competit † vna,
469 & eadem defenſio) indiuiduum cenſetur. vt ex Bartolo in l. 1. ad finem nu. 7. ver. dicamus, C. ſi in communi eademque cauſa, obſeruat Excellentiſsimus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS, maximum iuris prudentiæ decus, conſilio 83. numero 5. ver. accedat, lib. 1. quem & ego ſecutus ſum conſilio 29. nume. 169. 4. vol.

Quamobrem vnus ex pluribus, habentibus litem circa rem indiuiduam, poteſt inſolidum agere, & defendere indiſtincte. l. ſi cum vno, ſi ex noxali cauſa aga. l. loci corpus §. ſi fundus, ſi ſerui. vendi. Caſtren. in l. 2. numero 2. ver. & diſtingue, C. de conſor. eiuſdem lit. Barnab. Cornazzanus, comprobans alio ſimili ex communi, in nouiſsimis deciſ. Rotæ Lucenſis, deciſ. 41. num. 52. & 53.

QVA-

QVADRAGESIMOTERTIO.

ADeſt etiam clauſula his uerbis concepta (*quæ quidem omnia, & ſingula partes prædictæ, & qualibet earum ſub ſui, & hæredum ſuorum mutua reali, & perſonali obligatione, ſibi viciſſim attendere, & obſeruare promiſerunt.*) ad finem inſtrumenti poſita.

470 Quæ clauſula † (*omnia & ſingula &c.*) operatur ac ſi omnia, et ſingula fuiſſent ſpecificata. ut ſcripſerunt glo. in c. ut cura, in uer. omnia et ſingula, de elect. in 6. et D. Cephal. conſilio 16. numero 55. 1. uol. quos et ego ſecutus ſum conſilio 6. num. 8. 1. uol.

471 Immo habet effectum † indiuiduæ expreſsionis, ut ex omnium ſententia tradit Pariſ. conſilio 1. ſub numero 104. & 105. 3. volum. quem ſimpliciter ſequitur Gabriel. in titu. de legitima, concluſ. 8. numero 12. Clariſsimus, & Celeberrimus Mantica de coniect. vlt. volunt. libro 7. titulo 8. numero 11. verſic. item ſi, Surdus conſilio 15. numero 19. verſic. ita vt, 1. volum.

472 Refertur quoque † ad omnia, quæ principaliter, vel acceſſoriè in inſtrumento narrata ſunt. vt, poſt gloſſam, Bart. Anchar. Aretin. Alexan. & omnes, reſpondit Ruyn. conſilio 103. ſub numero 11. 4. volum.

473 Ac etiam † ad omnia præcedentia, tam enuntiatiue, & incidenter dicta, quam diſpoſitiue, & principaliter. vt idem Ruynus probat conſil. 137. numero 6. 1. volum. ex not. per Glo. in dicto cap. vt circa, in verſic. omnia, & ſingula, de elect. in 6. & Imolam in ca. cum contigat in ſeptimo membro, de iureiur. & in ca. ad noſtram ad finem, de empt. & vend. idem firmat Surdus dicto conſilio 15. numero 19. verſic. demum Venditores, 1. volum.

474 Et addit robur iuri communi, † vt promiſsio verificetur in ſingula petia terræ vendi promiſſa. vt in terminis reſpondit Curti. iun. conſil. 74 numero 3. per l. 2. §. furioſus de iure codicil. & ex ſententia Angeli, & Aretini, ac Modernorum, quorum ipſe meminit.

475 Quo fit, vt perinde ſit, † ac ſi expreſſe ſinguli venditores promiſiſſent ſeruare contractum, nendum reſpectu ſuę octauæ partis, ſed etiam quo ad portiones aliorum. ut opinantur Doctores ſupra relati.

476 Et, uirtute huiuſmodi clauſulę, † cenſetur quilibet promiſiſſe omnia, & ſingula obſeruare, & non contrauenire. ut in terminis uenditionis latè probat Corneus. conſilio 112. num. 1. uerſiculo item quilibet 4. uolumine.

Vbi

477 Vbi conſiderat illa verba (*omnia, & ſingula*) quæ † ipſe dicit eſſe vniuerſalia geminata.

478 Et † nihil excludere. allegat c. ſolitæ circa finem, de maior. & obed. l. Iulianus de leg. 3. & alia iura, vt per eum.

Cui addo Bolognettum in dicta l. 4. §. Cato, numero 208. verſiculo. ideo tu, de verbor. obligat qui, præciſe loquendo de contractu venditionis, ait.

479 Quod huiuſmodi clauſula, † (*promittentes ipſum contractum habere ratum, & gratum in omnibus ſuis partibus, & in nullo contrafacere, vel venire*) in eo appoſita, eundem contractum indiuiduum reddit.

Ergo, cum vnus non poſsit, pro ſua octaua parte promiſſa implere, non ſufficit, quod alij pro reliquis ſeptem partibus octo partium promiſſa adimpleant. Et conſequenter contractus, tanquam indiuiduus, in totum reſoluendus eſt.

QVADRAGESIMOQVARTO.

Animaduertendum quoque eſt, in clauſula prædicta poſitum eſſe,
480 † diſtributiuum (*quilibet.*)

481 Cuius natura eſt, † attribuere actum cuilibet inſolidum. Glo. eſt not. in l. ſi plures, in uerbo omnes, de leg. 2. quam ſequuntur Bar. in l. hoc articulo, ſub numer. 3. de hæred. inſtitut. Socin. conſil. 16. numero 19. verſiculo de cuius, 4. uolumine, Pariſ. de communi omnium opinionem fidem faciens, conſil. 49. num. 5. 2. uol. Iacob. Spiegel. in Lexicon iuris, in uerbo (*quilibet*) ubi etiam Zaſium allegat.

Et in terminis, ita reſpondit Corne. conſilio 112. ſub numero 1. 4. uolumine, Gomezius ex communi, uariarum reſolutionum Tomo 2. capit. 12. numero 1. uerſicul. ſecundo limita, iuncto uerſiculo, quod tamen, proxime præcedenti.

Comprobatur ex deciſione Bartoli, quam cęteri ſequuntur, in aut. hoc ita, numero 2. uerſiculo, aut eſt unus, C. de duobus reis.

482 Cum dixit, quod quando unus eſt actus promittendi, † una rei expreſsio, & adeſt diſtributiuum (*quilibet*) plures rei debendi conſtituuntur.

483 Et omnes † in ſolidum tenentur. eandemque Bartoli deciſionem, & ego iudicando, & conſulendo ſecutus ſum, conſilio 13. numero 11. & 12. 3. uolumine.

At ſic eſt in propoſito.

Ergo

484 Ergo cum ſinguli ſint in ſolidum obligati,hoc etiam reſpectu,† contractus obligatione indiuiduus cenſetur. Sicuti ex ſententia eiuſdem Bartoli in quadrageſimo ſecundo fundamento fuit probatum,& idem ſentiunt Doctores ſupra memorati.

485 Et tanquam indiuiduus, † ob defectum partis, reſoluitur in totum. l. 1. ff. item quæritur, §. illud, & §. Trebatius, de aqua quot. & æſti. Bar. in l.Græcæ §.illud, ſub numero 3.de fideiuſſ.Natta conſilio 479. numero 29.3.volum.cum ſimilibus,quæ paſsim ad hoc adduci ſolent.

QVADRAGESIMOQVINTO.

DEcretum iudicis in huiuſmodi contractu interpoſitum,
486 etiam ipſum † contractum indiuiduum reddit.vt quoque animaduertit Eruditiſſ. D. Conſulens in quarto fundamento.

Dum ait, actum interpoſitionis decreti, vti iudicia-
487 rium, † indiuiduum eſſe.

488 Et debere, † aut in totum valere, aut in nihilum.allegat l.in hoc iudicio, famil. erciſ. & Signorolum,conſilio 214.

Ego vero, vltra eum, adduco in proprijs terminis decreti iudicis,
489 † quod ſit indiuiduum:

490 Et ſi pro parte non valet, † vitietur in totum.deciſionem Baldi in l. ſi non ſortem, §. ſi centum in princ.per illum textum,de condit.indeb. & in l.certi conditio.§.quoniam,numero 3.verſiculo ſecundus,ſi cert. pet. vbi non nulla iura,& etiam Bartolum allegat, idemque reſpondit Deci.conſilio 403.alias 404.numero 21. qui etiam Romanum, & Fulgoſium eiuſdem ſententiæ fuiſſe refert.

His accedunt Afflictus,dicens ita iudicatum, deciſ. 218. numero 4. Natta conſilio 162. numero 7. 1. volumine, D. Cephal. conſilio 207. numero 86. in fine, 2.volumine. Rimin.iun.conſilio 5.numero 210.& 211. 1. volumine, poſt Baldum,Caſtrenſem,Alexandrum, Iaſonem,Decium, Ruinum, Curtium,Capycium,Rolandum à Valle,& alios,quos recenſet, & ex communi alijs authoritatibus comprobat conſilio 190. numero 78.& 79.2.volum.

Idem ſcribunt Alciat.in l.1.§.ſed ſi mihi,ſub numero 22.de verbor. obligat. Nicel. de glo. contrar. quæſt. 71. numero 405. Duen. regul. 185. in verbo Decretum,numero 4. Anchar.iun. quæſt.14. numero 4. libro 2.& quæſt.74.ſub numero 6.libro 3. Caualca. deciſ.31. ſub num. 35.& deciſ.46.numero 390. par.1. & Barnab.Cornazzanus in nouiſſ.

deciſ. Rotæ Lucenſ.deciſ. 2. numero 22.quo fit,vt ex his manifeſte appareat, memoratam Baldi deciſionem frequentiſsimo Doctorum ſuffragio eſſe receptam.

Ad cuius confirmationem,addo l.primam §.hæc verba,ne vis fiat ei l.nulli. C.de iud.c. 1. de ſeq. poſ. & fruct. & Marantam in prima parte ſui ſpeculi, verſiculo iudicij tela aggreditur num.29. verſiculo ſecundum exemplum, vbi etiam Speculatorem allegat.

Idem ſentiunt alij plurimi, relati à Tiraquello de vtroque retract. §.23. Gloſ. 1. numero 26 & Marſilio in l. vltima numero 41. in fine, cum ſex ſequen. de iuriſdict om.iud. Beroio conſilio 181. numero 7.1. volum. & conſilio 12. num. 53. volum. & Fabio Turretto conſil. 28. num. 21. cum numero præced. 2. volum.

QVADRAGESIMOSEXTO.

491 SI ſoluta eſt Gabella, tanquam pro vno contractu, † vnicus cenſetur contractus.

492 Ratio † eſt,

Quia ſi plures fuiſſent, plures etiam gabellę ſolui de-
493 buiſſent: quamuis † eſſent compræhenſi in eodem inſtrumento. vt in terminis cenſuit Bald. in l. cum quidam §. præterea ſub numero 6. C.de iure dotium,& in l.cum eiuſdem,de ædil.edict.cui accedit Andre.Siculus conſilio 36.ſub numero 18. & 19. 2. volumine, vbi etiam Angelum adducit,& idem concludunt Bart.Roma.Caſtren. Imola,Iaſ.& Ant.de Per.quos ſuis locis refert, ſequitur,& communem opinionem dicit Anton. Gomez.de contractibus cap. 11. numero 16. verſiculo primus effectus, Tiraquel.de vtroque retract. §. 23. Gloſ.1. numero 20. in fine, vbi etiam Firm. Barbat. & Decium allegat, idem etiam ſcribunt Natta conſilio 449.ſub numero 7. 2. volumine, Rimin. iun.conſilio 163.numero 7.& 8. 2. volum. Burſat. conſilio 408. num. 8. verſiculo quinto,& numero 9. 4. volumine. Caualca. deciſ. 8. num. 11. parte 2. & Anton. Gama deciſ. Supremi Senat. Regni Luſitaniæ 349.numero 3.

QVADRAGESIMOSEPTIMO.

494 CErti iuris eſt,conuentionem, de qua agitur,eſſe † vltro citroque obligatoriam, vt eſt emptio. ſecundum Gratum conſilio 159.numero 3.2.volum. & ſingulari,perfectaque eruditione conſpicuum D. SYLVESTRVM ALDOBRANDINVM in §. 1. numero 12. per illum textum in verſic. vnde in ijs,inſtit. tit.de auth.tut. Fabianum de Monte de empt.& vend. 1.q. prin.num. 1. & Petrum Nicolaum Mozzium pariter de empt.& vendit.in prin. num.10.

Cum & venditores vendere, & emptor emere promiſerint,inuicemque ſe obligauerint. vt clare probant verba inſtrumenti, ibi (*vendere promiſerunt, & promittunt*) & ibi (*verſa vero vice præfatus Illuſtriß. D. Comes Franciſcus conuenit, & promiſit bona ipſa emere*) nec non ibi (*quæ quidem omnia, & ſingula partes prædictæ, & quælibet earum ſub ſui, & hæredum ſuorum mutua reali, & perſonali obligatione ſibi viciſſim attendere, & obſeruare promiſerunt.*)

495 At conuentio † vltro citroque obligatoria eſt indiuidua. vt reſpondit Alexan.conſilio 7.num.13. verſic. & quia 7. volum. vbi Bartolum, & iura hoc idem probantia allegat, & eum ſequitur Crauetta conſilio 239.numero 5.verſic.rurſus, & conſilio 356.ſub num. 3.

496 Qui illam quoque affert † rationem.

497 Nam in actu vltro citroque obligatorio mens contrahentium † non fuit, quod vnus teneretur ad obſeruandum, alter vero non.l. cum proponas 2.C.de pact.l.Iulianus §.offerri,de acti.empt.

498 Et interpretatur res indiuidua, † ex mente contrahentium.ſecundum Baldum conſilio 32. 2. volum. Alexandrum, & Crauettam, locis præcitatis.

Quamobrem receptum eſt, quod, propter connexitatem, in omnibus contractibus, in quibus vltro citroque oritur obligatio, ſi iuratur ex vna parte,ex altera quoque iuratum videtur. vt ait Bar.poſt Glo. in l. ſi duo patroni §. ſi quis iurauerit, per illum textum, paulo ante numerum 3.uerſiculo dicit Glo.de iure iur. cum quo reſident Bald. Iaſ.& alij ibidem, quos & ego ſecutus ſum conſilio 39. numero 87.cum numeris ſequen. 5.uolumine. Vbi etiam multa ſcripſi,ex quibus idem comprobatur.

Quæ autem connexa ſunt, indiuidua dicuntur.l. eum actum §. plane,de neg.geſt.Angel.conſil.326. in 4. dubio, Surdus,referens etiam Crauettam,& D.Menochium,deciſ.Senat.Mantu.199. ſub num. 13.

Et Alexander dicto conſilio 7. num. 13. verſicu. adeo 7. uolum. con-
499 cludit, in hac ſpecie indiuidui ex intentione contrahentium, † vtile per inutile vitiari. poſt Bartolum, et alios in l. Græcæ §. illud, de fideiuſſ. in l. 1. §. penultimo, de verbor. obligation. et in l. ſancimus, C. de donatio. per l. Pedius, de recept. arbit. et l. ſi decem, locati.

Addo Alciatum, dicentem, quod ita firmant Doctores, in l. prima §. ſed ſi mihi numero 17. de verborum obligatio. Riminaldum iuniorem conſilio 671. ſub numero 19. 6. volum. & Burſatum conſilio 432. numero 50. 4. uolum. Ergo &c.

Et ita alias, ex facto conſultus, reſpondi pro Illuſtriſsimo Sororis meæ Liuiæ coniuge Neſtore Martinengo, Comite Barchi, Patritioque Veneto, & Brixienſi; viro, ob ſanguinis claritatem, ac maiorum gloriam, ob eximias virtutes, morumque elegantiam, atque admirabiles animi ac corporis dotes, exactamque rei militaris peritiam, & res, tum in acerrima Salaminæ obſidione, ac Claſſe contra Turcas; tum in Arcium, Vrbium, Inſularum regimine, præclare geſtas, Sereniſsimæ Venetæ inuictæ libertatis Reipub. ita accepto, vt Tribunitia dignitate decoratus, & ſex mille peditum Imperator, & Corcyræ Inſulæ, Italiæ arcis, ſupremus Gubernator exiſtat.

QVADRAGESIMOOCTAVO.

500 QVando in indiuiduis concurrunt duæ perſonæ, † vna prohibita, & altera permiſſa, non valet actus reſpectu vtriuſque; ſed reſoluitur in totum. ſecundum Caſtrenſem conſilio 196. ſuper primo quæſito, poſt principium 2. volum. prout illum refert, & ſequitur Lambertegnus de contractibus in fine, quæſt. 78. num. 239. pag. 490.

501 Vbi hoc idem confirmat per ſimile de compromiſſo, † quod ſi factum
502 ſit per ſeruum, & libertum, cum non valeat † reſpectu ſerui, non valet etiam reſpectu liberti.

503 Ea † ratione,

504 Quia compromiſſum, tanquam † indiuiduum, pro parte † valere non
505 poteſt. l. non diſtinguemus §. ſi ſeruus vbi Glo. Bald. & alij, l. cum dies §. penult. in fine, & d. l. Pedius ſ. in ſeruum, de recept. arbit.

At noſtro in caſu concurrit perſona prohibita alienare, cum alijs perſonis alienandi facultatem habentibus. ergo in totum contractus reſoluendus eſt.

Et tanto magis, quoniam cauſa prohibens potius inſpicitur, quam

permittens: l. Sabinus, commun. diuid. c. in rè communi, de reg. iur. in 6. Bar. in l. tutor numero 1. de ſuſpect. tut. Alba. conſilio 20. numero 9. 1. volumine.

Et ex duobus, quorum vnum poſſet prodeſſe, et alterum obeſſe, inſpici debet illud, quod poſſet obeſſe. l. 3. §. vltimo ibique Gloſ. et Bart. ad Syllanianum, Alba dicto conſilio 20. ſub numero 9. et Neuiza conſilio 34. numero 38.

Ad cuius confirmationem accedunt, quæ docuit Anton. Gomezius de contract. capit. 3. numero 14. in illa quæſtione, an ſi duo, vel plures habentes domum, fundum, vel rem aliquam communem cum alio, et vnus eorum, vel maior pars vult locare; alius non, uel certo modo, et pretio, aut certæ perſonæ locare, alius uero non, cuius contractus ualeat, uel cuius uoluntas ſit attendenda? concludens, quod ſi unus contradicat, reſoluitur in totum, ſeu impediuntur etiam alij.

Ponit tamen plures modos, qui in hoc, et ſecundum diuerſitatem caſuum, debent adhiberi.

QVADRAGESIMONONO.

Conferunt traditiones Clariſsimi Cephali conſil. 461. nu.
506 42. 4. volum. cum dixit, contractum, † qui ex vna parte reſcinditur, in totum reſcindi debere. ex l. cum emptor, de reſcindente vendit. & l. vltim. de acceptil.

Neque longe abeſt, quod probat Brunus de dimin. &
507 deter. concluſ. 24. numero 167. vt contractus vniuerſus † cenſeatur reſolutus, parte aliqua eiuſdem reſoluta, cui addo Bartolum, & alios in l. ſcire debemus numero 2. verſiculo vnde ſi, & numero 4. verſic. vnus eſt, de verb. obligatio.

QVINQVAGESIMO.

Accedit quod ſcribit Socinus iun. conſilio 129. numero 38.
508 1. volum. aſſerens, Renuntiationem † nullam reſpectu aliquorum bonorum, nullam reddi in totum. ex ſententia gloſſ. & Modernorum Papienſium in l. de his, de tranſac.

Et idem Socinus vbi ſupra, numero 39. ait, quod ſi in
509 aliquo eſt erratum, † totus contractus irritatur. per l. ſi non ſortem §. ſi centum, de condit. indeb. & l. ſi quis aliam, de ſolut.

Cumque contractus, de quo agitur, pro octaua parte ſit nullus, ex conſtitu-

conſtitutionibus Mediolani ſupra in princ. relatis: Conſequens eſt, vt reſoluatur in totum.

Quod etiam ex eo ſuadetur, quandoquidem, deſtructio eſt indiuidua, & non poteſt fieri, niſi in totum. vt ex l. loci corpus §. ſi fundus, ſi ſeruit. vendi. docuit Maximus, & Celeberrimus Iuriſconſultus, qui innumeris virtutibus per omnes ætatis gradus floruit, D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS in ſuis doctiſsimis Additionibus ad Hormanoctium Decum, in l. 4. §. Cato numero 546. ſub litera H. de verbor. oblig.

QVINQVAGESIMOPRIMO.

510 DAtio in ſolutum, † facta à duobus, ſi pro parte vnius ſit nulla, reſoluitur in totum. l. cum amplius, de reg. iur. l. ſi non ſortem §. ſi centum, de condit. indeb. quibus iuribus, poſt plures ab eo relatos, ita docuit Tiraquel. dicto §. 23. Glo. prima, numero 22. cum ſequentibus, & numero 26. vt etiam meminit, & comprobat Lambertegnus de contractibus in fine, quæſt. 85. pag. 495. numero 257.

Addo Marſilium, alios recenſentem, in l. vltima numero 44. & ſeq. de iuriſdict. omnium iud. Alciatum, in l. prima §. ſed ſi mihi, numer. 22. verſiculo, aduerte tamen, de verb. obligat. & Burſatum, qui alios plurimos commemorando, hanc communem affirmat, conſilio 32. nume. 27. 1. volumine, & conſilio 370. numero 34. verſiculo primo, cum numeris ſeq. 4. volumine.

511 Ergo, etiam † venditio, & multo magis promiſsio vendendi, † fa-
512 cta à pluribus, ſi pro parte vnius valere non poteſt, in totum reſoluenda eſt.

513 Ratio † eſt.

514 Quia datio in ſolutum, † ſimilis eſt venditioni, & eius vicem obtinet. l. ſi prædium, C. de Euic. l. vltima, quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur. l. ſequitur §. de illo, de vſucap. & l. ſciendum tamen eſt §. deinde, de ædel. edict. cum ſimilibus, de quibus mentionem faciunt, & idem concludunt Afflic. deciſ. 369. num. 1. Fabianus de Monte de empti. & vendi. 2. quæſt. prin. numero 31. verſiculo, item quod, Pariſ. conſilio 11. num. 42. 1. volumine. Natta, conſilio 207. numero 3. 1. volum. Ioan. de Amicis conſilio 120. ſub numero 8. Prætus conſilio 192. numero 8. 1. vol. Surd. conſ. 162. num. 41. 2. uol. Rimin. iun. conſ. 776. num. 10. 7. volum. Burſat. conſ. 184. nume. 47. 2. vol. & iſti alios referunt idem firmantes.

515 Immo † eſt uenditio. l. cętera §. ſed ſi ſeparauit vbi Alberi. & Iaſ. de
leg. 1. vt refert, & pluribus comprobat, atque ex omnium traditioni-
bus D. Tiberius Decia. conſilio 2. numero 144. 2. volumine, cum per
multis alijs à Fabio Turretto (qui etiam de communi teſtatur) allega-
tis, conſilio 17 numero 7. 2. volu. & Riminaldo iuniore, conſilio 776.
numero 11. & 12. 7. volum.
516 Quod procedit, † in datione inſolutum voluntaria. Secus † ſi ſit ne-
517 ceſſaria, & iuſſa iudicis facta: vt multis legibus declarat, & probat D.
Tiber. Decianus Summus, & Celeberrimus I.C. olim præceptor meus,
conſil. 21. num. 11. 2. vol. & prius conſil. 3. num 128. 1. volum.

Ita etiam, ante eum, ex ſententia ſpeculatoris. Bartoli, Baldi, & alio-
rum, reſpondit Deci. conſilio 159, alias 160. numero 2. verſiculo pręte-
rea dato, quos ſequitur, & alios congerit Turrettus conſilio 17. num.
10. & 11. 2. volumine. Magonius deciſ. Rotæ Lucenſ. 63. numero 4. &
in addit. ſub litera A, vbi etiam Romanum, Tiraquellum, Beroium, &
Rolandum à Valle, de communi atteſtantem, allegat.

Neque diſſentiunt Caballinus, de euict. §. 4. numero 41. Amode. à
Ponte in quæſtio. laudemi. quęſtio. 27. & Redoa. de rebus Eccleſ. non
alien. cap. 16. num. 1.

Hinc eſt, quod, vigore memoratæ ſimilitudinis inter venditionem,
518 & dationem inſolutum, Sicut non valet venditio, † non ſtatuto certo
pretio. l. vltima, C. de contrahen. empt. & §. pretium inſtitut. titulo, de
emptione, & venditione.
519 Ita nec etiam valet, † datio inſolutum, facta à parte. vt docet Bar. in
l. à Diuo Pio §. ſi pignora, numero 1. de re iudic. per d. §. pretium, con-
iuncta l. 3. pro empt. idem reſpondit Aretin. conſilio 32. num. 3.
520 Subdens, quod prius pars debet citari, † & declarari pretium per
521 iudicem, & tunc poteſt dici perfecta, † datio inſolutum, ſed prius non.

QVINQVAGESIMOSECVNDO.

Venditio prædiorum communium, facta nomine plurium,
522 † ſi pro parte vnius conſiſtere, ſeu effectum ſortiri non po
teſt, emptori à toto contractu diſcedere licet. vt reſpon-
dit Scęuola in l. tutor. §. 1. de minor. & comprobat Caual-
ca. deciſ. 8: num. 3. par. 2.

Conſtat autem ex principio inſtrumenti prędia, & bona, de quibus
agitur, communia fuiſſe inter plures, qui illa uendere promiſerunt.

Ergo, cum pro parte vnius venditio conſiſtere, & effectum ſuum ha-

bere non poſsit, emptori à toto contractu diſcedere licere dicendum eſt.

Comprobatur ex ratione, à Scęuola vbi ſupra conſiderata, quæ fuit.
523 (*Quia emptor † partem empturus non eſſet.*)

At huiuſmodi ratio ad vnguem conuenit caſui noſtro.

524 Ergo, idem ius in eo † ſtatui debet. l. illud, ad leg. aquil. & l. prima §.
1. de funte, cum vulgaribus.

Augetur vis argumenti,

Etenim, ſi in d. §. 1. l. tutor, ita conſtitutum eſt in venditione perfe-
525 cta; multo magis † ſibi locum vendicare debet in venditione perficien
526 da: vt eſt † promiſsio de vendendo.

527 Cum iam, † in primo fundamento probauerimus, promiſsionem ven
dendi facilius diſſolui, quàm perfectam venditionem.

528 Comprobatur quoque, nam etiam emptor rei, † quæ erat communis pro indiuiſo inter venditorem, & alium, ſi pars alterius ſibi non tradatur, poteſt à tota emptione diſcedere. vt ex pluribus, & poſt alios, quos congerit, in terminis reſpondit Ioan. Petrus Surdus conſilio 13. per totum, 1. volum.

QVINQVAGESIMOTERTIO.

QVod is, qui à pluribus bona immobilia, inter eos commu-
529 nia, emere promiſit, † emere non teneatur, ſi vnus ex illis
partem ſuam vendere non poſsit, vel nolit, efficaciter
etiam ſuadetur.

530 Nam † vera eſt, & crebriori calculo recepta concluſio,
quod emens fundum, vel alia bona immobilia à duobus, & promittens
531 ea illis retrouendere, † non tenetur uendere partem vni tantum emere volenti, ſi alter aliam partem emere non poſsit, vel nolit. vt multis rationibus in terminis decidit Bart. in l. cui uſusfructus numero 4. de uſufruc. leg. in l. ſi quis aliam numero 4. de ſolut. & conſilio 195. per totum, Bald. in l. 2. numero 3. uerſiculo, ſed quid. C. de pact. inter empt. & uend. & conſil. 332. 3. uolumine, Caſtren. in d. l. ſi quis aliam, num. 2. Appoſtil. ad Bartolum in d. l. cui uſusfructus ſub litera A. quæ etiam eundem Caſtrenſem, alibi idem firmantem, & Raphaelem Cumanum allegat, & omnes alij ſequuntur, teſte Caballino in tract. diuidui, & indiuidui par. 3. num. 564.

His accedunt Ioan. à Platea in l. quoties, uerſiculo quid autem, C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Cępol. in l. quod ſi nolit §. idem Marcellus in

1. not. de ædel. ædict. Aretin. conſilio 129. alias 130. Socin. conſilio 16. numero 1. & 2. 4. volum. Deci. in l. eius, qui in prouintia §. quas vero numero 8. ſi cert. pet. Ruyn. conſilio 82. numero 4. 1. volum. Alciat. ex communi, in d. l. 4. §. Cato numero 57. cum ſeq. de verb. oblig. & Boeri. qui pariter de communi atteſtatur, deciſ. 251. ſub numero 1. communem etiam fatetur Rubeus (licet ipſe ab ea diſſentiat) conſilio 90. ſub numero 1. æquiorem dicit, & ſequitur Roncagal. in l. eandem, in principio, numero 63. vſque ad numerum 96. de duobus reis. Burſat. ex communi, conſilio 176. numero 34. 2. volumine, & conſilio 340. numero 11. 3. volum.

Addo Iaſonem, dicentem, quod omnes ita tenent, & ab hac opinione, quæ nullum habet contradictorem, conſulendo, & iudicando recedendum non eſt, in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, numero 20. de verbor. obligat. Beroium conſilio 163. numero 9. & conſilio 164. num. 15. aſſerentem hoc eſſe firmiſsimum fundamentum, 1. volum. Bertrandum, illam communem dicentem, conſilio 41. 3. volum. Fabianum de Monte de emptio. & venditione 7. quæſt. princ. numero 2. & 3. Lancelottum Decium in d. l. cui vſusfructus, de vſufruct. leg. Tiraquellum (Angelum, Alexandrum, Franciſcum Capiliſtam, Caſſaneum, & Ioannem Mont. commemorantem) de vtroque retract. §. 23. Glo. 1. numero 9. & 10. & Baſcoletum in arborem diuidui, & indiuidui, numero 58.

Addo etiam Hormanoctium Detum, de communi fidem facientem, in allegato §. Cato numero 228. & ſub numero 229. & Scientiſsimum D. SYLVESTRVM ALDOBRANDINVM (cuius luculentiſsime Lucubrationes iuris prudentiæ ſtudioſis ingens lumen, & ſummam afferunt vtilitatem) ibidem in Additionibus ſub litera A. Bolognettum pro communi numero 271. & latius, atque ex communiori in iudicando, æquiori, & tenenda, in d. l. ſtipulationes non diuiduntur numero 119. & duobus ſequenti, & Cagnolum, de receptiori, & ſequenda atteſtantem, in d. l. 2. ſub numero 102. C. de pact. inter emptorem, & venditorem.

Addo quoque Crauettam conſilio 191. numero 4. Antonium Gomezium Variarum reſolut. Tomo 2. cap. 10. ſub numero 23. in 6. illatione, verſiculo immo, quod magis eſt, & latius ibidem in 7. illatione, Emanuelem Suarez eodem in loco in vltima addit. ſub litera V. numero 1. aſſerentem, huiuſmodi ſententiam eſſe frequentibus Interpretum ſuffragijs approbatam, & in Theſauro recep. ſenten. litera V. numero 25. Nattam conſilio 479. numero 24. 3. vol. D. Menochium, conſilio

123. num.

123. num. 10. verſiculo, & ad rem, & ſub numero 45. & 46. 2. volumine Ludouicum (Gozadinum etiam recenſentem) deciſ. Peruſ. 112. nume. 5. cum quatuor ſequ. part. 2. qui ibidem ſub nume. 9. & 16. hanc eandem ſententiam communem enuntiat, ab eaque vllo pacto recedendum non eſſe concludit. quam etiam ſequitur Petrus Gregorius Tholoſanus in Syntagmate iuris vniuerſi lib. 26. cap. 2. nume. 15. in 3. par. Surdus aſſerens, quod ita tenent omnes, conſil. 13. numer. 20. 1. volum.

(Quid autem ſi ille venditor, qui reemere vult, offert totum pretium, an tunc emptor ei ſoli reuendere teneatur? & an totum, vel eius partem tantum? & quomodo: explicant Socinus, Alciatus, Cagnolus, Gomezius, Caballinus, Ludouicus, & alij plerique in locis ſupra memoratis, Burſat. conſilio 370. numero 33. & 34. 4. volum. Ronchegallus in l. eandem in princip. numero 96. cum ſeq. (qui etiam, numero 87. cum octo ſeq. multa congerit, quæ conferunt ad declarationem prędictæ quæſtionis) de duobus reis, & Hier. Magonius deciſ. Rotę Florentinæ 28. numero 1. & 2. poſt Caſtrenſem, Tiraquellum, & Follerium ab eo relatos.

Qui inſuper ibidem numero 3. ex eodem Tiraquello, Follerio, & Alexandro ſcribit, Ipſum ius reemendi, ſeu reluendi commune remanere, etiam ſecuta diuiſione aliquorum bonorum.)

Ergo etiam emptor hoc in caſu emere non tenetur à venditoribus vendere volentibus ſeptem partes octo partium; cum vnus eorum ſuam octauam partem uendere nequeat.

532 Nam rectè, & validiſsime † argumentari, de uenditore ad emptorem;

533 Et diſpoſitum in vno † etiam in alio locum habere: conſtat manifeſte ex ijs, quæ ſecundum receptiſsimam Interpretum opinionem diximus in ultimo contrariæ opinionis argumento.

QVINQVAGESIMOQVARTO.

EMptori, qui non poteſt totam rem emptam uacuam, & li-
534 beram habere, ſed tantum pro parte, † à tota emptione di
535 ſcedere, & etiam † ad pœnas promiſſas agere licet. ut in
terminis cumulate probat, & alios idem firmantes commemorat Bero. conſil. 158. numero 39. cum duobus ſeq. 1. uolum. Ruyn. conſilio 141. numero 4. in fine, cum ſeq. 1. uolum. Surd. conſilio 13. numero 22. in fine, & 23. 1. uolum.

Et ſi conuentus eſt ad pretium, excipere poteſt, rem non eſſe liberam. ut

ram. ut docet magnarum, & illuſtrium rerum ſcientia, et uſu peritiſsimus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS in §. nouiſſime numero 20. inſtitu. tit. de ſuſpect.tut. atque idem ſcribunt Gloſ. ultima in l. qui rem, uerſiculo item niſi.C.de euict. Bald. Salicet. & alij ibidem, et in l. ſi poſt perfectam, et in l. ſi fundum, eodem titulo, et Decius, qui etiam Caſtrenſem allegat, conſilio 119. numero 1. verſiculo et idem.

At ſic eſt in propoſito. Ergo etc.

536 Confirmatur, Nam emptori † per uenditorem uera, naturalis, et propria traditio rei uenditæ fieri debet; non autem ficta, ciuilis, et impropria, per conſtitutum, in contractu appoſitum. l. ex empto, de acti. empt. Gloſ. Cyn. Bald. Angel. et Caſtren. quos ſuis locis refert, et ſequitur Alexander, qui etiam hanc magis ueram, et communem opinionem affirmat, conſilio 28. numero 5. uerſiculo plus etiam, 2. uolumine, quam etiam ſequitur, ac ueriorem, et communiorem profitetur, aliosque eam tuentes recenſet Plottus de in litem iurando §. 4. numero 55. &, præter eos, illam communem, atque ab ea in deciſiuis recedendum non eſſe ſcriptum reliquit Corne. conſilio 343. numero 11. verſiculo tamen communis, 1. vol. alios plurimos accumulant, eamque communem dicunt, & amplectuntur Tiraquel. de conſtit. poſſeſ. par. prima, numero 10. Emanuel Suarez in Theſauro receptarum ſententiarum litera C. numero 85. & litera V. numero 38. Surd. conſilio 13. numero 13. cum ſequen. 1. volum. Rimin. iun. conſil. 285. numero 139. & 140. 3. volumine, & conſilio 829. numero 14. 7 volumine, Burſat. ex communi cumulate probans, Venditorem ex natura contractus venditionis ad tria teneri, 1. ad rem tradendam verè, & realiter, et non ficte per clauſulam conſtituti. 2. ad transferendum poſſeſsionem, 3. quod res, eiusque poſſeſſio ſit vacua, & libera conſilio 194. numero 10. 2. volum. et latius, atque ex crebriori, et vera, Oſaſc. deciſ. Pedem. 35. nume. 4. verſiculo contraria autem, cum tribus numeris ſeq.

Et ibidem in fine concludit, quod Senatus cenſuit, admittendam eſ-
537 ſe actionem † ex empto, et multo magis † exceptionem emptori, vel
538 eius hæredi rei emptæ, ſibi non actualiter traditæ.
539 Non † obſtante conſtituto.
540 Et venditor † rem liberam ipſi emptori tradere tenetur. vt ex pluribus ſcribunt Neuiza. conſilio 37. numero 2. ac primi nominis, et conſumatiſsimus Iuriſconſultus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS, conſil 19. num. 1. et 9. libro 1. idemque ſuadetur permultis alijs iuribus, et rationibus congeſtis à Fabiano de Monte de emptio.

et ven-

& vendit. 6. quæſt. princip. numero 64. verſiculo, ſed ſi, & numero 66. Camillo Borello Oliuetano conſilio 75. num. 6. & 7. centur. prima, & Surdo conſilio 13. num. 15. cum ſeq. 1. volum.

541 Vbi, poſt alios, extendit etiam ad caſum, † quo ſecuta ſit traditio.

542 Et numero 17. rationem † extenſionis allegat. & conſilio 36. num. 11. cum ſeq. & utrobique ad hoc plura accumulat, & inter cętera ſub num. 12. ex communi concludit.

543 Quod, ſi pretium eſt ſolutum, † emptor agere poteſt ad reſolutionem contractus. adducens gloſſam ſingularem, & communiter approbatam in l. ſi rem quam, de euict. & Beroium conſilio 158. numero 32. 1. vol. prędicta confirmantur ex alijs pluribus congeſtis ab eodem Surdo deciſ. Senat. Mantu. 253. numero 7. cum duodecim ſequen. & prius deciſ. 165. numero 6. & numeris ſeq.

QVINQVAGESIMOQVINTO.

PRomittens vendere bona allodialia, & emphiteutica, ſi promiſsio, quo ad bona emphiteutica effectum habere

544 non poteſt; † propter non habitam licentiam vendendi

545 à Domino directi; tunc, qui emere promiſit, † nec etiam bona allodialia emere tenetur, ſed ei in totum ab emptione diſcedere licet.

546 Præſertim † ſi idem pretium tam in allodialibus, quam emphiteuticis ſit conſtitutum. vt ex facto conſultus egregie reſpondit Cur. iun. conſil. 74. per totum, & præcipue ſub num. 2. vbi hanc veram, & communem concluſionem eſſe affirmat.

Et Curtium in eadem facti ſpecie conſulendo ſecutus eſt Socin. iunior conſilio 26. maxime numero 10. 1. vol. aſſerens, hanc eſſe veram, & realem reſolutionem. idem voluit Bero. conſil. 158. numero 39. verſiculo unde 1. volum. Surdus conſil. 13. num. 23. verſiculo idem etiam 1. volum. Burſat. conſil. 340. 3. vol.

Ergo eadem ratione in propoſito caſu idem eſt obſeruandum, vt emptori ab emptione liceat in totum diſcedere.

Cum, ob defectum licentiæ vendendi, promiſsio, quo ad octauam partem, effectum habere non poſsit, & vnicum pretium in omnibus bonis ſit conſtitutum.

Comprobatur, Nam actus recipit interpretationem à poteſtate agentis, ſeu illum facientis. vt reſpondit Rimin. iun. conſilio 709. num. 17. 6. vol. & comprobatur ex pluribus congeſtis per Sapientiſsimum, &

nunquam

nunquam ſatis laudatum D. SYLVESTRVM ALDOBRANDINVM in §.1. num.84. & 86.inſtit.titu.de excuſ.tut.& alijs à me allegatis conſilio 39.numero 204.5. volum.

Cum nemo præſumatur facere voluiſſe, quod de iure non poteſt.l. cum non facile,ſi cui plus quam per leg.fal.l.nepos Proculo,de verbo. ſignif. Crauet.conſil. 241.num.20.verſic. itaque.

Dicens eſſe defectum conſenſus,ſeu voluntatis, non poſſe, quod de iure non eſt permiſſum. quem ſequitur D.Menoch.conſilio 244.num. 11.3.vol. vt etiam meminit, & cum eis reſidet Rimin.iun. dicto conſilio 709.numero 18.

Si deficit conſenſus,ergo ipſa emptio,& venditio reſoluta cenſetur.

Quia conſenſu contrahitur. inſtituti.titul. de obligatio. ex conſenſ. in principio, & de emptio.& venditio. in princi.l.1.§. fi. de contrahen. emptio.l. 2.de acti. & oblig.cum alijs à me relatis conſilio 31. numero 81.2.volum.

Et conſenſus eſt vnum de tribus ſubſtantialibus illius, ſine quo con ſiſtere nequit. vt oſtenſum eſt ſupra, numero 130. & idem conſtat ex iuribus præallegatis.

QVINQVAGESIMOSEXTO.

ADduco aliam notabilem deciſionem, qua receptum eſt, quod ſi mulier,& maſculus rem inter eos communem alicui
547 vendiderint, † & venditio reſpectu mulieris,ob defectum ſolennitatis à ſtatuto requiſitę,(hoc eſt licentiæ,& conſenſus propinquorum,) valere non poſſit, tunc,ad inſtantiam emptoris, in totum reſoluenda,& irritanda eſt. vt ex ſententia gloſſæ, Bartoli, Baldi, Saliceti, Caſtrenſis, Ruini, Caſſanei, Tiraquelli, & Doctorum,firmat Lambertegnus, de contractibus in fine, quæſt.86.num.259. cum duobus ſeq. pag.495.& 496.

548 Ea † ratione,

549 Quod res tota † æſtimanda ſit, non in ſingulas partes.

550 Quoniam † non tanta eſt vtilitas reſpectu partis, quanta in toto reſpectu totius.

551 Et etiam,quia † emptor non erat alias partem tantum empturus.

Vltra Lambertegnum dicto loco, hoc idem comprobatur, quandoquidem in factis contra legem communem, vel municipalem, ſi non valet,quod ago,vt ago non valet etiam,vt valere poteſt: Et quod fit vltra licitum, & intra licitum non ſubſiſtit. ca.1.de reb.Eccle. non alien. in 6. &

in 6. & clem. 1. eodem tit. Bald. in l. quęcunque numero 1. verſiculo vnde ſi, C. de bon. quæ lib. Iaſon, etiam Alexandrum allegans, in authentica qui rem numero 23. C. de ſacroſanct. Eccle.

Quamobrem, Cum ego alias per litteras interrogatus fuiſſem ab Illuſtriſsimo, & Reuerendiſsimo glorioſæ memoriæ CARDINALI HIERONYMO DE RVERE Conſanguineo, ac Domino meo, & generis ſummo ſplendore conſpicuo, (cum illius nobiliſsimam RVEREAM Progeniem SIXTVS IIII. & IVLIVS II. Summi Pontifices, plurimique tum Cardinales, tum Duces, ac Principes, celeberrimique Heroes, qui ex ea fuere, quam maxime illuſtrarint.) ac meritis ornatiſsimo: In ipſo enim virtutes omnes vſque adeo inſigni temperamento ad admirationem reſpondebant, vt nemo probitate non fucata eo ſpectatior, nemo ſcientiarum delectu admirabilior, nemo denique morum elegantia cerneretur ſplendidior; eminebantque adeo eius merita, vt ab vniuerſo Ampliſsimo, Sacroque Cardinalium Senatu ſummum illi deſtinatum Pontificatum ſola importuna mors, omnibus præ dolore lachrimantibus, eripuerit. De cuius morte (quam reminiſcor, non ſine ingenti animi moleſtia, & mœrore,) ſcripſi conſilio primo, in princ. volumine 2. Et hæc pauca hoc loco etiam recenſere volui, Vt ſicut ipſe præclariſsimum, ac nobiliſsimum veræ Virtutis, & Probitatis exemplum poſteris omnibus imitandum reliquit: Ita ego eiſdem meum in illum obſequium, præcipuamque obſeruantiam; ob eius ſingularem, ac ſummè benignam erga me voluntatem; aliqua grati animi ſignificatione demonſtrarem.

Cum inquam ab ipſo Illuſtriſsimo Cardinali interrogatus fuiſſem, Nunquid decennalis locatio, facta à Prælato, vel Eccleſia, de eius bonis, abſque debita ſolennitate, valeat, vt ſimplex locatio, vſque ad nouennium, vel reſoluatur in totum?

Reſpondi, quod cum non valeat locatio facta per Eccleſiam vſque ad decenniu, non ſeruata debita ſolennitate, de qua in dicta clemen. prima iuncta Glo. in verbo non habeat, de reb. Eccle. non alien. c. 1. eodem tit. in 6. cap. ad audientiam, eodem titul. in antiq. cap. Abbatibus cap. ſi qua, cap. placuit, cap. alienationes 12. quæſt. 2. & cap. in venditionibus, 17. quæſtio. 4. ut in ijſdem iuribus cautum eſt, & vbique Glo. & communiter ſcribentes docent, & comprobat Alexan. conſilio 17. numero 2. cum numeris ſequen. 4. volum.

Nec etiam valere debet in vim ſimplicis locationis vſque ad nouennium, ſed reſoluitur in totum. vt reſpondit in terminis idem Alexan-

der ibidem numero 11. verſiculo nec etiam, poſt Bartolum, Baldum, Angelum, & Imolam ſuis locis ab eo relatos, quos etiam ſequitur Aretin. in l. quod dicitur, ad finem, de verborum obligation. Iaſ. in d. authentica qui rem ſub numero 23. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Curti. iun. de fęudis in 6. quæſtio. 2. par. prin. numero 13. cum Apoſtilla ad eum ſub litera B.

Et ipſemet Alexander allegato conſilio 17. ſub numero 11. verſiculo vnde locatio, eam etiam ex Bartolo affert rationem.

Quia ſcilicet Eccleſia poteſt dicere, quod non conceſsiſſet, neque locaſſet ipſa bona, niſi cum illis pactis, & toto illo tempore. argumento l ſi quis aliam, de ſolut. & l. cum eiuſdem, de ædilit. edict.

Aliam quoque rationem, ex mente Aretini, ad hoc perpendit Curti. iun. in d. quæſt. 6. numero 13. verſiculo ſed defendendo, Cum ait, ideo locationem non valere etiam in modico, quia non affert tantam vtilitatem pars reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius.

Nam locatio ad longum tempus transfert ius in re. l. prima, & ibi Bart. de ſuperfici. l. 1. ſi ager vecti. vel amphit. pet.

Cuius iuris translationem non operatur locatio ad modicum tempus. l. non ſolent, locati.

Quo fit, vt cum, ob id, non ſit veriſimile, quod conductor conduxerit ad modicum tempus, ex quo ius in re in eum non transfertur, cenſetur illius conſenſus deficere: atque ita etiam in modico reſoluitur, ſeu non valet locatio.

Quæ conſenſu contrahitur. l. 2. de actio. & obligat. & inſtitut. titu. de oblig. ex conſenſu, in prin.

Ergo, pari ratione, & noſtro in caſu idem debet iudicari: Et quidem multo magis.

552 Cum facilius reſoluatur † promiſsio emendi, quam emptio, & locatio. ex ijs, quæ diximus in primo fundamento.

553 Et pretium ſolutum ex cauſa emptionis inualidę, † repeti poteſt, lege ſeruum meum, vbi Glo. Bart. in ſummario, & cęteri omnes, de condit. indeb.

QVIN-

QVINQVAGESIMOSEPTIMO.

QVamuis ex prædictis perſpicuum ſit, emptori licere à tota emptione diſcedere; & ipſum, de quo agitur, contractum reſolutum cenſeri; idque ex infra dicendis in confutatione contrariorum dilucidus apparebit: nihilominus, eſto, ſed non admiſſo, quod huiuſmodi opinio dubia videretur, adhuc pro ea, ſequentibus rationibus, & fundamentis, iudicandum foret.

554 Nam contractus † in dubio interpretatur potius reſolutus, quam renouatus. vt, poſt Bartolum, Angelum, Alexandrum, & Iaſonem ex communi, reſpondit D. Cephal. conſilio 35. numero 54. 1. volum.

Quod magis obtinet, & obſeruandum eſt hoc in caſu.

Quia ſi admitteretur renouatio, ideſt, quod pro ſeptē partibus octo partium contractus exequi deberet, & pro octaua parte tantum reſolutus diceretur; induceretur nouatio; & communio inter emptorem, & vnum ex venditoribus, qui ipſam octauam partem alienare non poteſt.

Atque ita daretur materia diſcordiæ, & litis. l. in re communi, de ſeruit. vrba. prædio. l. qui neque in fine, de reb. eorum. Deci. conſ. 683. numero 8. cum alijs ſupra allegatis, numero 199. 200. & 217.

Quod nullatenus permittendum eſt, nec fieri debet.

Tum quia hodie non fit nouatio, niſi expreſſe ſit actum, quod fiat. l. vltima, C. de nouat. & §. præterea, inſtitut. titu. quib. mod. tol. oblig. & vtrobique notant communiter ſcribentes, Bart. in l. penult. numero 2. in fi. de prætor. ſtipul. Grat. conſ. 126. numero 9. 1. volumine, Gabriel. in titul. de nouat. concluſ. 1. D. Cephal. conſ. 351. numero 23. 3. volum. D. Decia. conſ. 11. numero 35. 1. vol. Surd. conſil. 145. numero 1. 1. volumine, Fabi. Turret. conſ. 41. numero 5. ſecundo volum. Andre. Gail practi. obſer. lib. 2. obſer. 30. numero 3. dicens hanc opinionem veriorem.

Quam extendit habere locum, vt nec ope quidem exceptionis hodie nouatio fiat. & aſſerit in Camera Imperiali ita iudicatum. idem ſcribit Theſaurus deciſ. Senat. Pedem. 125. ſub numero 9.

Subdens, nouationem dici, quando primus contractus eſſet alteratus.

Facilioresque eſſe debemus ad denegandum, quam ad inducendum nouationem. vt ex Bartolo in l. penult. de prætor. ſtipul. obſeruat Surdus d. conſ. 145. ſub numero 1. volum. 1.

 Tum

Tum quia eſſet contra mentem ipſorum contrahentium: qui voluerunt à communione recedere. vt ex claris verbis contractus ſupra in nono fundamento relatis, numero 215. cum numeris ſequen. manifeſte apparet.

Et interpretatio ſumi non poteſt contra mentem contrahentium, ſeu diſponentis. ſecundum Bartolum, Angelum, & Salicetum, quos refert, & ſequitur D. Decian. conſilio 7. numero 45. primo volumine.

Immo, cum contrahentes ſeipſos declarauerint, & interpretati fuerint, per verba memorata in dicto nono fundamento, & per alia in alijs fundamentis à me conſiderata, atque perpenſa; eorum interpretatio omnino eſt attendenda.

Quandoquidem nulla certior, & verior eſſe poteſt interpretatio, quam quæ fit ab ipſiſmet contrahentibus, ſeu ab ipſo diſponente. l. labeo, de ſuppel leg. l. non aliter, de leg. 3. Pariſ. conſilio 14. numero 24. ſecundo volumine, & D. Decianus, poſt Baldum, ab eo relatum, conſilio 101. numero 5. in fine 6. & 7. 2. volum. & conſilio 84 numero 29. 3. volumine.

Aliaque interpretatio non eſt quærenda, quando diſponens, vel contrahentes ſe ipſos interpretantur, ſeu declarant. ſecundum Baldum in authen. niſi rogati, num. 9. verſic. nam vbi, C. ad Trebel. Pariſium conſilio 3. num. 53. 3. vol. & D. Decianum conſ. 7. num. 67. 1. uol.

Tum etiam, quoniam ad iudicis officium ſpectat, illam interpretationem amplecti, quæ lites, & diſcordias tollit. l. quidam exiſtimauerunt in fine, ſi cert. petat. l. æquiſsimum in principio, de vſufruct. D. Decian. conſilio 70. numero 40. 3. volumine. Ergo, quod in totum reſolutus cenſeatur contractus, etiam in dubio debet iudicari.

555 Reſolutoque contractu, † reſoluitur etiam poſſeſsio, quę, eius vigore, in contrahentem fuit tranſlata. vt, ex traditionibus Baldi, & Alexandri, firmat Grat. conſilio 50. numero 53. 1. volum.

Addo gloſſam, & Tiraquellum, plurimos de more recenſentem, in l. ſi vnquam in verbo reuertatur, numero 1. & 2. C. de reuoca. donatio. Caſſaneum conſilio 33. numero 6. & M. Antonium Eugenium, copioſe hoc comprobantem, conſilio 64. numero 40. cum numero præced. & numeris ſeq. 1. volum.

(An autem conſtitutum poſſeſſorium hypothecæ bonorum adiectum, reſolutum cenſeatur, ſublata hypocheca? explicant copioſe, poſt alios, Affl. deciſ. 139. nu. 5. cum ſeq. & Oſaſ. deciſ. Pedem. 34. per totam.)

Sic etiam, reſoluto iure dantis, reſoluitur ius accipientis. leg. tertia,

quibus

quibus mod. pign. vel hypot. ſol.l. lex vectigali, de pignor. c. nuper à nobis, de donat. inter vir. & vxor. cum multis alijs à Surdo relatis, qui etiam declarat quomodo procedat, decif. Senat. Mantu. 102. num. 12. & numeris ſeq. decif. 286. numero 2. & infra, & decif. 326. numero 38. Alba conſilio 108. numero 3. 1. volum. Marcabru. ab Anguil. conſilio 49. numero 80. & conſilio 92. numero 6. 1. volum. Burſat. conſilio 375. numero 8. 4. volum D. Decian. conſilio 68. num. 1. vol. 2.

Qua ratione ipſe Decianus, in principio eiuſdem conſilij concludit, quod ſi virtute pacti de retrouendendo reſoluitur venditio, omnes hypothecæ, & obligationes, factæ per emptorem, vel alios quoſcunque, pariter reſoluuntur.

Neque poſſunt nocere venditori, aut eius ſucceſſoribus.

Præterea, reſoluto iure authoris, reſolutum quoque intelligitur ius ſucceſſoris, & habentis cauſam ab eo. vt ex dicta l. lex vectigali, de pignor, & ex ſententia Decij reſpondit idem D. Decian. conſil. 24. num. 2. 1. volum.

Et reſoluto contractu principali, omnes clauſulæ ei adhęrentes, & omnia in eo appoſita reſoluta, & extincta cenſentur. Bald. in l. ſi abſentis, numero 11. verſiculo, vnde ſcias, C. ſi cert. pet. Feli. conſil. 25. num. 24. ex l. finali, & ibi Angel. in fine, de conſtit. pecun.

Addo gloſſam, Socinum, & Iaſonem, quos refert, & ſequitur Ancharan. iun. quæſt. 39. numero 9. lib. 3. & prius quæſt. 14. numero 14 lib. 2. vbi etiam alios allegat, idem reſpondit Crot. conſilio 12. numero 20. Marcabrun. ab Anguil. conſilio 93. numero 4. & ſequen. 1. volumine Rimin. iun. conſilio 111. numero 64. 2. volumine, & conſilio 430. num. 9. 4. volumine.

Et idem confirmatur ex ijs, quæ, ſecundum communiter approbatam Doctorum opinionem, ego copioſe ſcripſi conſilio 36. nume. 126. 127. 203. & 204. 1. vol de clauſulis, & alijs contentis in contractu, ſeu inſtrumento ſimulato, vt intelligantur, & ſint ſimulatæ, & nullæ, ſicut contractus, & inſtrumentum.

Similiter, reſoluta ſeu ceſſante qualitate contractus, & iam inducta priuatione totius iuris, reſoluitur obligatio vendendi, ac totius iuris ipſius contractus. vt ait Feli. conſilio 25. num. 23. in fine.

Nam actus reſolutus habetur pro non actu. l. nec vllam §. 1. de pet. hæred. Afflict. decif. 40. numero 4. in fi. D. Cephal. conſilio 268. num. 13. 2. volumine, & Rimin. iun. conſilio 256. ſub num. 29. & conſilio 281. numero 28. 3. volum.

556 Reſolutaque venditione, † perinde habetur, ac ſi retro facta non eſ-

ſet.l. ſi hominem in fine, de vſucap. Fabia. de Monte de empt. & vend. 8.q.prin.ſub numero 3.

Et vterque contrahentium recuperat, quod in contractu contulerat. l.prima C.de reſcind. uendit. l prima, C.quando lice. ab empt. diſce.l. ab emptione, de pact. quibus iuribus, ita ſcribit Surd. conſ.179. numero 37.2.volum.

557 Et res † in priſtinam caſam redit: atque omne ius illius † eſt ſaluum,
558 & integrum, ac ſi nunquam interueniſſet venditio. l. voluntate §. 1.
quib. mod.pig. vel hypot. ſol.l.intra vtile §. vendentibus, de min.Rimin.iun.conſilio 430. numero 8.4.volum.poſt D. Menochium conſilio 26.numero 4.1. volum. addo Fabianum de Monte de emptione, & vendit.8.q.prin.num.3. verſic. quia reſoluta.

559 Quo loci, & numero 2.cum quatuor ſeq.plures † enumerat effectus
reſciſionis contractus uenditionis.

QVINQVAGESIMOOCTAVO.

560 INterpretatio,per quam † maior ſeruatur æqualitas,in dubio eſt amplectenda.ut ſcriptum reliquit D.Cephal.conſ. 525. numero 46.4.uolum.& conſilio 733.numero 20.5. uolu. &, ante eum, idem copioſe probauit Crauet.conſilio 133.numero 7.quos ſecuti ſunt Franciſ. Beci.conſilio 51. numero 13. D. Menoch.conſil.70. num. 17.1. uolum. Fabi. Turret. conſilio 52.num.15.2. uol.

561 Et quælibet interpretatio† fieri debet,ut æqualitas ſeruetur:Etiam
562 ſi † de aliqua inæqualitate appareret. ſecundum Burſatum conſilio 5.
numero 29.1.uol.arg.l.quæſitum §. Papinianus ubi Doct. de fund. inſtruc. & ex traditionibus Alexandr. conſilio 77. numero 26. 4.uolum. Socini conſil. 160.2.uol.& Ruini conſilio 212.numero 13.& 16.1.uolum. & conſilio 92.num.8.5.uol.

Idem ego reſpondi conſilio 23. numero 77. 84. & 85. 1. uolumine ubi eundem Burſatum conſilio 170. numero 10. 2. uolum. & alios cum plures his adiunxi.

Et numero 76. poſt Gabrielium conſilio 90.numero 21.1.uolumine,
563 ſcripſi,huiuſmodi interpretationem,† etiam contra regulas iuris com-
munis admittendam eſſe.

564 Fit quoque † diſpoſitionis reſtrictio, ne inducatur contractus claudicatio, & inæqualis fiat contrahentium conditio. ut per Crauettam conſilio 239. ſub numero 6.argumen.dicta l.quæſitum, uerſiculo, ſed

ipſe

ipſe Papinianus cum Glo.in verbo æſtimauit, de fund.inſtruct.l. fi. C. commun. vtriuſque iud. & ex ſententia Aretini, & Socini, quos recenſet.

Si autem pronuntietur, emptori licere à tota emptione diſcedere, maior inter contrahentes ſeruatur æqualitas, vt in trigeſimo nono fundamento,& quadrageſimo plene deduximus, atque probauimus. Ergo &c.

QVINQVAGESIMONONO.

565 ALiam huic proximam addo rationem, Siquidem interpretatio † ſumenda eſt,quę pariformiter omnibus conueniit. vt ex l.iam hoc iure de vulg.& l.quamuis C.de impub.& alijs ſub.obſeruat Crauet.conſilio 20. numero 12.quem ſequitur, & plurimos eiuſdem ſententiæ commemorat Franciſ.Beci. conſilio 101. ſub numero 65.Surd conſilio 150. numero 18.1.uolum. Fabi. Turrettus ex communi conſilio 53. numero 16. & conſilio 67.numero 32.2. volum.

Et idem comprobatur alijs legibus, & authoritatibus à me allegatis conſilio 1.numero 76.1.volum.

566 Vbi etiam num. 77.firmaui habere locum,† tametſi inter eos ſubſit diuerſa ratio. ſecutus Iaſonem conſilio 162. numero 18. 2. vol. & Gratum conſil.18.numero 20.& conſilio 129.num.6.& 7.2.volum.

Qui Gratus,poſt Alexandrum, & Aretinum, quorum ipſe meminit,
567 concludit,iſtud obtinere,† etiam ſi aliqui ex illis eſſent alijs fauorabiliores.

Ita quoque colligitur aperte ex iuribus præallegatis,l.hęreditas,C. de impub.& alijs ſub.& l.in teſtam.C.de teſtam.

Admittendo autem reſolutionem totius contractus, fit interpretatio, quæ pariformiter conuenit omnibus contrahentibus. Ergo &c.

Cumque ex hoc etiam ipſis contrahentibus minus inferatur præiudicium, facilius in totum huiuſmodi reſolutio facienda eſt.

Quia capienda ea eſt interpretatio,quæ minus partibus affert præiudicium,quam ſit poſsibile. ſicuti reſponderunt Abb.conſilio 7.in fine 1.uolum. & D.Decian.conſilio 29.numero 44. 2.volumi. ex l. 3.de ſuſpect. tut.

SEXAGESIMO.

SI aliter diceremus, ſequeretur effectuum difformitas. Quia contractus pro ſeptem partibus octo partium valeret, & pro octaua parte nullius eſſet momenti.

568 At huiuſmodi interpretatio, † ex qua effectuum difformitas ſequitur, à lege reijcitur. vt firmat Crauet. conſil. 865. numero 6. adducens l. Seio §. medico, de annu. leg. Bart. in l. ſolet §. non vero numero 4. de officio proconſ. l. 2. numero 22. ſol. mat. Bald. in l. non ſolum in fine, de iure dot. & Alexan. conſilio 5. numero 2. verſiculo, quarto quia, 5. volum.

Neque admittitur, quod ex vno actu effectus biformis oriatur. l. Lucius Titius ſempronio, & l. die ſponſaliorum §. qui pecuniam cum vtrobique not. per Glo. & Scrib. depoſiti, Socin. iun. poſt Baldum Nouellum, in rub. de verbor. obligat. numero 217. quos & ego ſecutus ſum conſilio 31. num. 73. et 74. 2. uolum.

569 Et res quod ſit indiuidua † interpretatur, ne ex ea effectuum diuerſitas ſequatur. vt ſubtiliter, et eruditiſsime deducit vir perfecti iudicij D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS, cuius reſponſa ſumma arte, ingenio, et doctrina elucubrata eluceſcunt, et ab omnibus celebrantur, conſilio 83. num. 5. verſiculo, item ex eo, lib. primo.

Qui etiam conſil. 58. numero 16. eodem lib. reſpondit, contractum,
570 et pacta, in eo appoſita, ita eſſe interpretanda, ne inuicem aduerſentur, et repugnent. per l. fi. §. idem quæſijt vbi Bar. de condit. indeb. ac in l. 2. §. creditum, numero 6. ſi cert. pet. et ex ſententia Cyni, Baldi et aliorum in l. cum falſa, C. de iuris, et fact. ignor. ita etiam tradit Ruinus, qui alia iura idem probantia allegat, conſilio 134. numero 3. 4. volum. Socin. iun. conſil. 134. numero 96. 3. volum. et conſil. 1. numero 43. 4. volumine, Paſet. conſilio 34. numero 10. in fine, et 11. et conſilio 131. numero 19.

Et quęlibet interpretatio ſumenda eſt, ne repugnantiam cõtineant. vt ex Decio, Alciato, Boerio, Pariſio, et Socino iuniore obſeruat, et cum eis reſidet Burſat. conſilio 225. numero 61. 2. volum.

571 Confirmatur ex regula, qua dicimus, quod eadem res † non debet diuerſo iure cenſeri. l. prima ibi, (*nec ratio patitur,*) de rerum permut. l. eum, qui ædes, de uſucap. c. cognouimus 12. quæſt. 2. cap. cum in tua, de decimis, et clemen. prima, de elect. cum ſimilibus.

SEXAGESIMOPRIMO.

572 VErba ſecundum ſubiectam materiam, † & ut naturę actus, in quo poſita ſunt, deſeruiant, interpretanda, ac intelligenda ſunt.

573 Etiam † contra propriam eorum ſignificationem.l.inſulam, de præſcrip.verb.l.cum manu ſata in fine, de contrahen.empt.l.damni infecti ſtipulatio, de dam.infec. l. ſi vno in prin. & l.in lege, locati.Deci. conſilio 388. numero 4.& 5. & conſilio 629. numero 7.Feli.conſilio 25.numero 5. Neuiza.conſilio 92.numero 14. & 15. Natta conſilio 94. numero 1. volum. 1. Franciſ. Becius, plures commemorans, cōſil.101.numero 40 Rimin.iun.conſilio 282.num. 64.3.volum.D. Decian.conſilio 57.numero 61.1.vol.Surd.conſilio 3. numero 24. conſ.34.numero 32. & conſilio 150.numero 65.1.volum. Fabi. Turret.conſil.61.nume. 6.1.vol. Anton. Gama deciſ. ſupremi Senat. Luſitaniæ 166.numero 1.& alij à me allegati conſilio 1.num.48.& 49.1.vol.& cōnſilio 39.num. 180.189. & 190. 5.volum.

Vbi, ſequendo Alexandrum conſil.129.numero 4.verſiculo & ver-
574 ba,ſecundo volum.extendi iſtud habere locum † etiam in materia, in qua ſtricta ſumitur interpretatio.

Nunc addo Apoſtillam ad ipſum Alexandrum loco præcitato, quæ illum alibi, & alios idem firmantes allegat. vltra quos, ita ſcripſerunt Deci.conſil. 388.num.4.& Neuiza.conſilio 92. ſub num.15.

Neque aliter opinantur Glo. Bar. & alij in l. ſi ſtipulatus ſum damnum, de verb.oblig. & Rolan. à Val. de lucro dotis quæſt. 35. num.5. Cum dicunt, quod verba quantumcunque præciſa recipiunt ſubauditionem,& interpretationem ſecundum ſubiectam materiam.

Et ſuffragantur alia ſcripta per eundem Rolandum ibidem numeris pręceden. & ſequen.

Confert etiam, nam videmus, quod & generalis diſpoſitio reſtringitur per ſubiectam rationem. vt ex l.1.§ in publico, de flumi. & l.ſi is, qui animo, de acquir.poſ. &, poſt Zaſium conſilio 7.numero 16.2.vol. ſcribit Solertiſsimus,& magnus iuris Interpres, qui res optimas ex abditiſsimis tenebris in lucem clariſsimam euocauit, D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS in §.1.numero 81. inſtitut.titu. de excuſ.tut.

Vbi præterea ſubdit numero 82. generalitatem reſtringi etiam ex natura contractus. ex ſententia Baldi,utriuſque Socini, Alexandri, &

Purpu-

Purpurati, quos ſuis locis ipſe recenſet.

Et ibidem numero 62. ponit regulam, de generali diſpoſitione generaliter intelligenda. quam ſeptem numeris ſequ. extendit, & pluribus ſimilibus egregie exornat.

Et numero 70. cum viginti ſeq. quindecim notabiles affert declarationes, & caſus, in quibus non procedit; ſed generalitas ipſa reſtringitur. ad quem; vti intelligentius, & copioſius cęteris differentem; recurrendum eſt in hac materia.

Et de reſtrictione ſtatutorum generaliter loquentium; recenſendo treſdecim caſus, in quibus fit; multa congerit Monterentius in principio ſtatutorum Bononię, numero 65. verſiculo reſtrictio generalis cum duodecim numeris ſeq.

Et ego etiam, ſecundum contingentiam facti, plures caſus, in quibus fit reſtrictio; commemoraui conſilio 5. numero 165. conſ. 16. numero 31. conſilio 19. numero 56. 58. & 59. conſ. 20. numero 12. cum numeris præceden. & ſequen. conſ. 23. numero 29. 35. 57. 74. 145. 148. 149. & 188. conſ. 24. numero 1. 2. & 72. 1. volumine, conſ. 37. numero 135. & 136. & conſ. 38. numero 27. 78. 81. 141. & 154. eodem volumine, et alibi.

Addo quoque adeo verum eſſe, quod verba intelligenda, et interpretanda ſunt ſecundum ſubiectam materiam, et vt naturæ actus, in
575 quo ſunt poſita, conueniant; vt obtineat, † etiam ſi verba ipſa nihil operarentur: et conſequenter actus redderetur inutilis, et nullus. ſicuti in ſpecie reſpondit Franciſ. Beci. conſ. 101. ſub numero 40. et conſ. 105. numero 20. poſt Romanum conſilio 509. nume. 7. Ruinum conſilio 81. numero 1. et conſilio 109. numero 4. 1. volumine, et alios, ab eo relatos.

Vltra quos, idem ſentiunt Deci. in l. in contrahenda numero 17. de reg. iur. Alciatus, et D. Menochius de præſumpt. ille regula 3. præſumptio. 34. numero 3. iſte libr. 6. prçſumpt. 4. numero 39. 46. 47. et 50. Gabriel. conſilio 22. numero 25. conſ. 117. ſub numero 30. et conſ. 137. numero 14. verſiculo validitas, cum numero ſequen. 1. volumi. et Bertazzolus conſ. ciuili 76. numero 38. cum ſequen. 1. volum.

576 Dum cumulate probanr, interpretationem, et prçſumptionem, † deſumptam ex natura actus, præualere præſumptioni, et interpretationi, quæ regulariter fit in dubio pro validitate ipſius actus.

577 Eidemque interpretationi validitatis actus præferri, † præſumptionem, et interpretationem ne inducatur nimia improprietas ſermonis.

Atque

578 Atque aliam interpretationem,†deſumptam ex defectu formę actus. vt etiam probat Iuris peritiſsimus Mantica de coniect. vlt. volum. lib. 12. titu. 17. numero 14.

579 Aut ex eo, † quod repugnet præſumpta mens diſponentis. vt etiam tradit,alios allegans, Riminal. iun. conſilio 234. numero 131. 3. volumine.

580 His accedit, nam interpretatio, † vt actus valeat, nec etiam fit, vbi eius validitati verba præciſe repugnant. quemadmodum declarat Socin.iun.in l. cum filiofamilias, numero 40. de leg. 1. Cui addo. Gratum conſilio 92. numero 9. 1. volum. poſt Baldum in l. ſi teſtamentum, C. de teſtam. Riminaldum, & alios in l. non codicillum, eodem titulo.

Et interpretatio, ſeu præſumptio pro validitate actus intelligitur etiam, dummodo valeat eo modo, quo actum fuit, alias ſecus. ſecundum Romanum in l. qui grauis. §. tractari, alias eſt in l. illud numero 2. de iure codicil. quem refert, & approbat Excellentiſsimus Mantica d. lib. 12. titu. 17. numero 15. in fine.

581 Interpretatio quoque † fit in dubio, quę rei gerendę aptior eſt. l. quoties idem ſermo cum ibi not. de reg. iur. Grat. conſilio 135. numero 11. 1. volum. idem Ego ſcripſi conſilio 39. numero 203. 5. volumine.

Addo Decium conſilio 388. numer. 4. verſic. & facit, & Neuizanum conſilio 92. ſub num. 15.

582 Atque obligatio † interpretatur ſecundum naturam contractus, ſuper quo interponitur. vt ait Grat. conſil. 2. numero 10. 1. volum. per l. cum quid, & ibi not. ſi cer. pet. l. damni infecti quidem, in principio, de dam. infec. & ex not. in l. quæro. §. inter locatorem, locati.

Interpretatio etiam fieri debet, vt minus deuietur à natura contractus, quam ſit poſsibile. ſicuti, poſt Decium, reſpondit Marcabrun. ab Anguil. conſilio 111. numero 69. & 92. 1. volum. ex ca. 1. de feud. non haben. propri. nat. feud.

Subiecta autem materia, & natura contractus, de quo præſens eſt diſputatio, ac præſumpta mens emptoris, & proprietas ſermonis non patiuntur, vt ipſe contractus pro parte ſuſtineatur, & valeat, & pro parte non. quemadmodum in prioribus quinquaginta ſex fundamentis cumulatiſsime oſtendimus.

Ergo etiam ſi verba eiuſdem contractus nihil operarentur, & actus nullus remaneret; nihilominus interpretari debent, vt, propter defectum octauæ partis, (quæ, abſque licentia Senatus, vel Regis, alienari non poteſt,) contractus in totum reſolutus cenſeatur.

SEXA-

SEXAGESIMOSECVNDO.

583 VErba, etiam geminata, ita ſunt interpretanda, † & reſtringenda, ne ſequatur inconueniens, & abſurdum. vt copioſe docuit Iaſ. in l. prima ſub numero 21. & 22. de leg. 1. & pluribus ſimilibus confirmat Oſaſc. deciſ. 90. numero 13. & 17. quos ſecutus ſum conſil. 34. numero 39. 3. volum. & conſilio 19. numero 45. 4. volum.

584 Idem etiam obſeruatur in verbis vniuerſalibus, † quæ, abſurdi euitandi cauſa, reſtringuntur. l. 2. C. de nox. acti. & l. vt gradatim §. primo, de muner. & honor. cum alijs innumeris authoritatibus cumulatis ab Oſaſco deciſ. 169. numero 8. cum duobus ſequentibus.

Quibus ſuffragantur alij relati à Crauetta conſilio 3. numero 3. Gabrielio conſilio 8. numero 10. & latius ab Euerardo in loco ab abſurdo num. 4. cum tribus ſeq. & Theſauro deciſ. 263. num. 6.

585 Quodque vniuerſalis, † etiam ab homine prolata, reſtringatur contra propriam ſignificationem, ne abſurdum ſequatur. dixit Ruinus conſilio 188. numero 10. & duobus ſeq. 2. volumine, vt meminit Oſaſcus dicta deciſ. 169. ſub numero 14. & idem ego reſpondi conſilio 20. numero 89. & 91. 1. volumine.

586 Et tolerabilius eſſe, † quod verba ſint otioſa, quam abſurdi quicquam admittatur. ego ipſe firmaui conſilio 24. numero 70. eodem vol. & conſilio 18. numero 37. 4. volumine, poſt Baldum in l. terminatio circa finem, C. de fruct. & litium expenſ. Curtium ſeniorem conſilio 78. numero 7. verſiculo reſpondetur, & Crauettam conſilio 808. numero 16. quibus accedit Monterentius in principio ſtatutorum Bononiæ numero 70.

587 Et contractum † in totum reſolui, ne abſurdum ſequatur. docuit Guliel. Mayne. in l. ea quæ numero 16. de reg. iur. quem refert, & ſequitur Bertazzolus conſilio ciuili 54. numero 8. 1. volum.

588 Vt etiam euitetur abſurdum, & inconueniens, † à regulis iuris communis recedere licet. Feli. in cap. 2. numero 2. de præſcrip. Ripa in l. quod iuſsit numero 4. cum tribus ſeq. de re iud. Euerard. in loco ab abſurdo ſub numero 6. Plot. de in litem iurando ʃ. 3. numero 28. Stephanus Aufrerius in repet. clem. vt clericorum numero 12. de officio ordin. Pariſ. conſilio 53. numero 5. conſilio 58. numero 8. & conſilio 59. numero 33 4. volum. Natta conſilio 190. numero 2. 1. volumine Cæſar. Contardus in rep. l. vnicæ, in quinta ratione decidendi, numero 1. cum

multis

multis ſequentibus, C. ſi de momen. poſſeſsio. fue. appella. Gregor. Mag. de ſecur. & ſalu. conduc. parte 2. numero 15. Petrus Albin. de Pontificis dignitate, in principio, numero 11. Ludouic. deciſ. Peruſ. 20. ſub numero 11. & 12. parte 1. & D. Menoch. (qui tamen neminem, de prædictis allegat,) de præſump. lib. 1. quæſt. 30. numero 6. verſic. attamen.

589 Et interpretationem, † quæ abſurdum in ſe continet, fugiendam eſſe, late probant Socin. Iun. conſilio 72. numero 4. 3. volum. & conſilio 22. num. 24. 4. volum. D. Decian. conſilio 34. numero 59. 3. volum. & Fabius Turrettus conſilio 23. numero 54. 2. volum.

590 Quamobrem ſemper fieri debet interpretatio, † vt huiuſmodi abſurdum euitetur. ſicuti aſſerit Grat. conſilio 53. numero 30. 1. volum. per l. ex facto. §. fin. cum ibi not. ad Trebel. & l. vxorem, §. concubinæ, de leg. 3. idem reſpondit Fabi. Turret. conſilio 47. numero 42. 1. volum. vbi alios recentiores allegat.

591 Et vt contrahentes † incontinenti ſe correxiſſe non videantur. vt ſcribit Pancirol. conſil. 59. numero 86. 1. volum. ex l. non ad ea, de condit. & dem. & ex ſententia Socini, & Pariſij, quorum ipſe meminit, illiſque accedit Grat. conſilio 12. num. 47. 1. vol.

Abſurdum autem, & inconueniens ſequeretur in caſu noſtro, ſi emptori à tota emptione diſcedere non liceret, ſed tantum pro parte. vt eſt clare probatum in ſexto fundamento, & trigeſimo octauo.

Ergo quamuis, etiam ex qualitate verborum in contractu prolatorum, & ſecundum regulas iuris communis, ipſi emptori hoc non permitteretur, (prout vere permittitur, quemadmodum ſuperius latiſsime demonſtratum eſt.) nihilominus, ne huiuſmodi abſurdum ſequatur, & inconueniens, id ei licere debet pronuntiari.

592 Et multo magis, quoniam veriſimilius eſt: † cum naturali rationi conueniat. ſecundum Gerardum Mazol. conſilio 12. num 9. D. Decianum conſil. 62. numer. 76. 3. volum. & alios, quos ego commemoraui, idemque reſpondi conſil. 23. numero 67. & 68. 1. volum. addo Crauettam conſilio 35. num. 24. & Doctiſsimum Manticam de coniect. vlt. volun. lib. 12. titu. 17. num. 8.

593 Et iuri communi conſentaneum ſit. &, ob id, † etiam ex hoc capite veriſimilius cenſetur. vt, poſt plurimos ab eis relatos, firmarunt Tiraquel. in præfatione. l. ſi vnquam, numero 60. C. de reuoc. donat. Gozad. conſilio 13. numero 26. Ruin. conſil. 12. numero 3. 5. volum. Crauet. conſilio 434. ſub num. 19. 3. volum. & Burſat. conſilio 70. num 16. 1. vol. quos & ego ſecutus fui, illiſque alios adiunxi, conſil. 3. num. 51.

& conſilio 35. numero 133. 1. volum. addo nunc Clariſsimum Manticam, qui etiam Crauettam alibi, quam loco præcitato allegat, d. libr. 12. titu. 17. numero 8.

Et etiam, quia veriſimilius eſt, quod qui totum ſtipulatur, parte vnica contentus non exiſtat. Burſat. conſilio 176. numero 35. verſiculo, nec eſt, 2. volum. ex l. in executione. §. ex his, & l. ſtipulationes non diuiduntur, & omnes Doc. vtrobique, de verbor. obliga. Ronchegal. in l. eandem, numero 84. de duobus reis, & Tiraquellus, de quibus idem Burſatus, vbi ſupra, mentionem facit.

In dubio autem capienda eſt interpretatio, quæ non repugnat veroſimili. vt, poſt Romanum, dixit D. Decianus conſilio 29. num. 40. 2. volum. per l. in obſcuris, de reg. iur. & c. inſpicimus, eodem titu. in 6.

594 Illaque ſemper in venditione † ſumi debet interpretatio, quę veriſimilior eſt. vt ait Ioan. Petr. Surdus conſilio 3. numero 22. 1. volum. ex ſententia Baldi conſilio 343. in principio, volum. 1. Decij in c. propoſuiſti, numero 16. de prob. Crauettæ conſilio 135. numero 33. D. Cephali conſil. 149. numero 17. Rolandi à Valle conſilio 81. numero 7. 1. vol. & D. Menochij conſil. 80. num. 38. 1. volum.

Idemque, vltra eos, reſponderunt Paſetthus conſilio 34. ſub num. 10. & 11. & conſilio 39. numero 8. & ante eum Grat. conſilio 53. num. 31. 1. volum. vbi iura, & non nullos alios allegat.

His accedunt Alba conſilio 1. numero 4. 1. volum. Burſat. conſil. 176. numero 28. 2. volum. Rimin. iun. conſil. 563. num. 34. & 35. cum num. ſequen. 5. volum. Marcabrun. ab Anguil. conſilio 15. num. 20. 1. volum. Fabi. Turret. conſil. 53. num. 9. 2. volum. & quæ ſcribit Bald. in l. vltima, ſub numero 36. C. de hæred. inſtit.

Vbi enumerat octo cauſas, ex quibus oritur, & ſumitur interpretatio: & inter eas adeſt veriſimilitudo.

Tres etiam interpretationis ſpecies refert, & explicat D. Decian. conſilio 44. numero 15. & ſeq. 2. volum.

Quot autem, & quibus modis dicatur interpræetatio, Baldus declarat, ponens quinque modos, in l. ſi quis filium, numero 1. C. de lib. pręt. quem vtrobique ſequitur Io. de Firmo in eius Repertor. in verbo. Interpretatio, ſub numero 20.

595 Et interpretationem † non fieri pro ea parte, pro qua non eſt veriſimilitudo, ex Abbate, & Alexandro ſcribit Gozad. conſilio 65. num. 7.

596 Contractumque † factum intelligi in caſu veriſimili, Gratus affirmat conſil. 11. numero 8. 1. volum. per l. ſemper in ſtipulationibus, de regu. iur.

Et à ve-

597 Et à veriſimili mente contrahentium, † interpretationem recipere, multis legibus probat idem Grat.conſilio 94.numero 50. 2.volumine, Socin.iun. conſil.61. numero 10. & conſilio 78. numero 18. 2. volum. Pariſ. conſilio 88. numero 23. 1. volumine, D. Menochi. conſilio 89. numero 38. 1. volum. Fabi. Turret.conſilio 52. num. 14. 2. volumine, & iſti alios referunt huius opinionis ſequaces.

598 Admittiturque interpretatio † ſecundum, quod eſt veriſimile contrahentes contractum facere voluiſſe. vt vterque Socinus tradit, ſenior nempe conſilio 15.numero 30.1.volum. & iunior conſilio 65. ſub num. 12.2. volumine.

Idem, præter eos, opinantur Bald.conſilio 473.5.volumine, D. Decian. conſilio 29. numero 43. 2. volum. & Riminal. iun. conſilio 481. numero 64.5.volumine.

Cum dicunt, Interpretationem in pactis, & conuentionibus fieri debere ſecundum illud, quod proferens interrogatus veriſimiliter reſpondiſſet. &, ante eos, ita aperte ſenſit Papinianus in l. tale pactum. §. vltimo, de pact. prout etiam ibi obſeruat Accurſius in Glo. vltima, in fine, & expreſsiuis Iaſon, qui ſimilibus quoque authoritatibus copioſe exornat, numero 16. cum alijs pluribus à me allegatis conſil. 40. num. 326. 1. volum.

Et illa etiam interpretatio facienda eſt, per quam altera partium non remaneat decepta. vt non nullis legibus, & ex ſententia Caſtrenſis, firmat Becius conſilio 94. numero 21. quem ſequitur Fabi. Turret. conſilio 52. numero 16. 2. volumine, idemque tradit Burſat. conſilio 176. numero 21. 2. volumine, poſt Crauettam conſilio 33. numero 25. conſilio 91. numero 11. conſilio 245. numero 9. & conſilio 269. numero. 5.

SEXAGESIMOTERTIO.

599 IN dubio iudicandum eſt pro exceptione, † ad excluſionem actionis. l. 1. §. quod ait, de ſuperfic. l. hæreditas. §. ſi defuncto, de pet. hæred. l. inuitus, §. cui damus, de reg. iur. l. 2. cum ibi not. per Baldum, C. de fideiuſ. l. ſi quis emptionis, C. de præſcri. 30. annorum, l. per retentionem, C. de uſuris, & c. qui ad agendum, de regu. iur. in 6. idem ego ſcripſi conſilio 27. numero 220. 4. uolumine.

600 Ratio † eſt.

601 Tum quia facilior eſt cauſa † concedendi exceptionem, quam actionem. ut ait Dyn. in dicto ca. qui ad agendum ſub numero 1. de reg. iur. in 6. & idem ſenſit Oſaſcus deciſ. 35. in fine. atque ita ego quoque ſcripſi dicto conſilio 27. numero 221. & 222. 4. uolumine.

602 Etenim † fauorabiliores rei † potius, quam actores habentur. l. fa-
603 uorabiliores, de reg. iur.

604 Et ideo videmus, id excipiendo † permiſſum eſſe opponere, quod agendo prohibitum eſt allegare. l. prima, in principio, de pigno. lege prima ff. id quod, ad leg. falcid. l. ſi non defendantur, de pœnis l. libertas, de in ius vocando, l. quoties de nox. Bald. in lege prima, numero 45. & 46. C. de hæred. inſtituendis Caſſador. deciſ. 6. numero 5. ſub rubri. de priuil. & Ioan. de Lignano de cenſura Eccleſiaſtica, §. 17. ſub numero 16.

Quos & ego ſecutus ſum, alias leges, & authoritates recenſendo, conſilio 26. numero 39. & conſilio 36. numero 341. cum quinque ſeq. & num. 392. cum pluribus ſeq. 1. volum.

605 Vbi etiam num. 343. & 395. eam † rationem adiunxi.

606 Quia iudicium † redditur in inuitum. lege inter ſtipulantem, §. ſi ſtichum, de verborum obligatio. & l. qui in alterius, §. nam plane, de regulis iur.

607 Et in poteſtate rei † non eſt, quando conueniatur. vt cautum eſt in eodem §. nam plane, ac in l. 5. §. vltimo, de doli except. & l. 2. C. de dilationibus.

608 Tum etiam, quoniam propenſiores eſſe debemus † ad liberandum, quam ad obligandum. vt nos admonet Iuriſconſultus in l. Arrianus, de actioni. & obligationi. l. ſi vnus §. pactus ne peteret, de pactis. l. abſente de pœnis, Dyn. in dicto cap. qui ad agendum numero 1. verſiculo, & ex eo, de reg. iur. in 6.

609 Tum denique, quia exceptio † maiori nititur æquitate, quam actio. l. qui æquitate, de doli except. §. certe illud, inſtitut. titu. de rerum diuiſ. Cagnol. in dicta l. inuitus §. cui damus, numero 1. verſiculo item quia, de reg. iur.

Ergo cum emptor intendat via exceptionis ab emptione diſcedere,
610 † pro eo, etiam in dubio, iudicandum eſt.

SEXA-

SEXAGESIMOQVARTO.

NOn vna tantum, ſed multæ iuris regulæ ſuffragantur intentioni emptoris, vt liquet ex prædictis.

Ergo, etiam ex hoc capite, in dubio pro eo eſt pronunciandum.

611 Cum in dubio iudicandum ſit † pro eo, cui regula iuris opitulatur. Bald. in l. ſi tutor in fine, C. de ſer. pign. dato manum. Iaſ. in l. qui ſe patris ſub numero 43. C. vnde lib. Deci. in l. prima numero 8. verſiculo, & dictæ, de reg. iur. & conſilio 42. ſub numero 4. Franciſc. Beci. qui etiam Alexandrum, & plures alios recenſet, conſilio 101. ſub numero 41. Fabius Turrettus conſilio 100. numero 39. 2. volum.

Quos & ego ſecutus ſum, illis alios addendo, conſilio 8. numero 35. cum quatuor ſeq. conſilio 16. numero 135. 1. volumine, conſilio 34. num. 236. 2. volumine, conſilio 1. pro Illuſtr. Sebaſtiano Comite Lodroni, & Domino Caſtri Sancti Ioannis numero 361. 3. volumine, conſil. 27. numero 213. 4. volum. & conſilio 39. numero 209. 5. volum.

612 Et interpretatio, † ſumenda eſt pro regula contra limitationem. Grat. conſil. 45. numero 19. 1. volum. idem ſcribit Franciſ. Becius conſilio 101. ſub numero 41. dum refert Beroium conſilio 154. numero 9. 2. volum. dicentem,

Interpretationem ita fieri debere, vt diſpoſitio potius facta ſit ſecundum regulam iuris communis, quam ſecundum ius ſpeciale.

613 Et lata quidem interpretatio † fieri debet, vt magis inhæreamus regulæ, quam ſit poſsibile. vt probat Grat. conſilio 163. numero 30. 2. volumine.

614 Ratio † eſt.

615 Nam habens regulam pro ſe, † intentionem ſuam fundatam habere cenſetur. Glo. in l. omnis diffinitio, de reg. iur. Iaſ. in l. cętera in tertio not. de leg. 1. Curti. ſen. conſilio 72. numero 1. Deci. conſilio 475. numero 3. & in dicta l. prima numero 8. de reg. iur. vbi etiam Cagnol. num. 21. Tiraquel. de retract. proxim. §. 1. Glo. 9. numero 209. & Glo. 14. num. 57. & alij, quos ego ipſe commemoraui dicto conſilio 8. numero 35. 1. volum. & latius conſilio 39. numero 211. 5. volum.

616 Et † ratio rationis eſt.

617 Quia certum † illud dicitur, de quo extat regula. Franciſ. Beci. conſilio 101. numero 41. poſt Bartolum in l. quoties, ſi quis caut. & Iaſonem in l. 2. numero 33. ſi quis in ius voc. non ierit.

Quibus accedunt Rolan. à Val. conſilio 5. numero 6. cum ſequen. 4. volum. & Fabi. Turrettus conſilio 20. num. 10. 2. volum.

618 Et † clarum. vt ait Rolan. à Valle conſil. 93. numero 10. 2. volumine, cum alijs à me allegatis conſilio 39. numero 211. 5. volum.

619 Immo † notorium. vt firmat Purpur. conſilio 251. numero 2. 1. vol. & idem ſcribunt alij permulti, quos ego ei adiunxi loco præallegato.

620 Vnde merito regulæ † ſtandum eſſe, donec contrarium probetur. ſcripſerunt Crot. conſilio 289. numero 8. conſilio 334. numero 2. 3. volum. Crauet. conſilio 615. numero 10. 4. volum. Rolan. à Val. conſilio 81. numero 4. 1. volumine, Gabriel conſilio 2. numero 13. 1. volumine, D. Decia. conſilio 80. numero 16. 3. volum. & alij à me relati conſilio 8. numero 36. 1. volum. Ergo &c.

621 Et interpretationem, † per quam minus à regula receditur, locum habere etiam in ſtatutis. reſpondit Grat. conſilio 35. numero 30. 1. volumine.

622 Contractumque † interpretandum eſſe, vt contrahentes videantur ſe conformare cum regula ſeu iuris communis diſpoſitione. firmat idem Grat. conſilio 78. numero 15. & conſilio 108. numero 11. 1. volumine, poſt Bartolum, Alexandrum, & alios in l. hęredes mei §. cum ita, ad Trebel. Ancharanum in l. tres fratres, de pactis, Socinum, & alios in l. Gallus, §. quidam rectè, de lib. & poſt.

Et comprobatur ex l. quæro. §. inter locatorem, locati, l. ſi ſtipulatus, in principio, de vſur. l. 1. C. de fruct. & lit. expen. & l. vltima, C. de ijs, qui ven. æta. impet. cum pluribus alijs ad hoc cumulatis à Romano conſilio 399. numero 2. & conſilio 540. numero 28. & Neuizano conſilio 62. ſub numero 10.

Quibus accedunt Franciſ. Zoanettus in tract. de emptio. & vendit. ſub pacto retrouend. numero 28. in fi. Gabriel. conſilio 90. numero 4. 1. volum. Burſat. alios allegans, conſilio 176. numero 27. 2. volumine, Rimin. iun. conſilio 282. numero 63, & 67. 3. volumine Caualcan. deciſ. 13. numero 40. par. prima. Magonius deciſ. Rotæ Lucenſis 69. numero 1. & Surd. deciſ. Senat. Mantu. 114. numero 11. iſtique alios referunt eandem ſententiam probantes.

Quæ pariter ex alio comprobatur, nam videmus, quod contractus etiam à conſuetudine (quæ vim legis obtinet. l. de quibus, de legi. §. ſine ſcripto, inſtitutio. titul. de iure nat. gen. & ciui. cap. in his 11. diſtinctio. & cap. diuturni 12. diſtinct. A legeque non differt, niſi tanquam tacitum ab expreſſo. vt ex multorum ſententia, & communi ego firmaui conſilio 37. numero 141. & 142. 1. volumine) interpretationem recipiunt.

cipiunt.l.quod ſi nolit.§. qui aſsidua, de ędeli. edict.l. certi conditio, §. ſi nummos vbi Iaſ.numero 5.& 6.cum multis ſequen.quam plurimis ſimilibus exornat, ſi cert. pet. Euerar. in loco ab vſitato ſeu à ſolitis, præcipue ſub numero 3.4.& ſequen. cumulatiſsime Gabrielius,in hoc omnino videndus, qui alias leges,plurimas authoritates, & notabiles congerit deciſiones, in titul. de conſuetudine concluſ. 1. per totam, Ronchegal. in l.nemo numero 27.& ſeq.de duob. reis. M. Anton. Eugenius conſilio 78.numero 88.1. volumine, & Magonius deciſ. Rotæ Florent. 56. numero 3. & deciſ. Rotæ Lucenſ.7.ſub numero18.& deciſ.24. numero 13. Et D. Decian. conſilio 31. numero 152. 1. volum. conſilio123.num.50.& conſilio124.num.7.3.volum.

Conferunt quæ ego copioſe ſcripſi conſilio 1. numero 35. conſilio 24. numero 35.36.37.& 38.1. volumine,& conſilio 28.numero 44.& 45.eodem volum.

Confirmatur etiam ex traditionibus Socini conſilio 31. numero1. 1.volum.Rolandi à Valle de lucro dot. quæſt.109.numero 9.Becij conſilio12. numero 43. D.Deciani conſilio 9.numero 83.2. volumine, & conſilio 29.numero 42.eodem volum. Surdi deciſ.Senat. Mantu. 174. numero 25. Antonij Cioff.conſilio148.numero 8.1.volumine,& Fabij Turretti, alios recenſentis,conſilio 25. numero13.1.volum.

Dum cumulate probant, in dubio capiendam eſſe illam interpretationem, per quam minus læditur diſpoſitio iuris communis. quos & ego ſecutus ſum conſilio 39. numero 8.& 9.5.volum. Vbi etiam multa ſcripſi,& alios commemoraui, ex quibus hoc idem comprobatur,illiſque accedit Riminal.iun. conſilio165.numero 29.& 30.2.volum.

Addens habere locum, etiam ſi aliqua verborum improprietas ſequatur.ex ſententia Abbatis in c.cum dilectus, de conſuet.Grati conſilio 29.num.12.1.vol. Pariſij conſil. 111. numero 10.1. volum.& Rolandi à Valle conſil. 64. numero 18.3. volum.

Quamobrem in dubio ſumenda eſt etiam illa interpretatio, tanquam fauorabilis, per quam reducimur ad ius antiquum, ſeu commune. Glo. in cap.ſtatutum,in verbo numerandum,de præben.in 6. Cardi. Zabarella conſilio 52. ſub numero 4. Alex.in l. ſi conſtante numero 5.verſiculo limitari debet,Ripa,copioſe confirmans,numero 61.Crot. in 2.lect.numero 68.ſolut.mat.Socin.conſilio 150.numero 37. 1. vol. Iaſ. & communiter ſcribentes in authen. quas actiones numero 24.C. de ſacroſanct.Eccleſ. Neuiza.conſilio 2.numero 33. D.Decian.conſil. 9.numero 83. 2. volum. Monterentius in principio ſtatutorum Bononiæ numero 60. Caualca.deciſ. 29.numero 14.parte prima, & Acutiſ-

ſimus

ſimus Mantica de coniect. vltim. volun. lib. 6. titu. 6. num. 3. & lib. 7. titul. 1. numero 13.

Quia res facile reuertitur ad ſui naturam, vt memorati Doctores affirmant. & probatur ex l. ſi vnus, §. pactus ne peteret, de pact. l. nihil tam naturale, de reg. iur. & cap. ab exordio 35. diſtinct. atque idem dicunt Gozad. conſilio 45. numero 3. verſiculo quia, Caballin. in tracta. diuidui, & indiuidui parte 2. numero 20. & Surd. conſilio 242. numero 11. 2. volum.

Et, ob id, lata fieri debet interpretatio, vt res antiquum ſtatum recipiat.

Dummodo antiqua natura, primeuuſque ſtatus rei in totum immutatus, & extinctus non ſit. vt declarat Burſat. conſilio 131. numero 78. 2. volum. poſt Socinum conſilio 260. numero 6. 2. volumine, & D. Menochium conſilio 1. numero 436. 1. volum. quibus accedit D. Decian. conſilio 101. numero 8. 2. volum.

Atque in dubio capienda eſt illa interpretatio, per quam extenditur caſus fauorabilis. cap. cum dilecti, & ibi Innocen. de donat. Deci. conſilio 69. numero 5. verſiculo non obſtat ſecundum, vbi etiam Alexandrum allegat, & idem reſpondit D. Decian. conſilio 107. numero 14. 2. volum.

Quod procedit in quacunque materia fauorabili. vt, ex ſententia eiuſdem Innocentij, Alexandri, & Decij, dixit ipſe D. Decian. conſilio 17. numero 30. 1. volum.

SEXAGESIMOQVINTO.

EMptor nititur etiam regula negatiua, immo pluribus regulis negatiuis. vt manifeſte apparet ex ſecundo fundamento, verſiculo tum etiam, tertio, quarto, quinto, ſexto verſiculo, quia de iure, ſeptimo, decimo, decimoquinto, decimonono, cum ſequentibus, quadrageſimo ſecundo, quadrageſimo quinto, quadrageſimo ſeptimo, & ſequentibus, quinquageſimo tertio, & tribus ſequentibus.

Ergo quamuis etiam pro venditoribus extaret regula affirmatiua,
623 pro eo tamen † in dubio eſt iudicandum.
624 Et † ratio eſt.
625 Quia in dubio † regula negatiua præualet:
626 Et pro ea † debet iudicari. vt reſponderunt Deci. conſilio 567. num. 3. & D. Decian. conſilio 1. numero 163. 2. volumine, poſt Bartolum, &

Baldum

Baldum ab ipſo Decio vbi ſupra relatos, & idem ego ſcripſi conſilio 16. numero 137. & 138. 1. volumine, conſilio 1. numero 362. 3. volum. & conſilio 27. numero 216. & 217. 4. volum.

Addo Marzarium conſil. 8. numero 13. cui ſe ſubſcripſerunt Stephanus Paganutius, Franciſcus Maria Finus, Antonius Donatus, & Matthæus Maria Mareſanus, omnes Rotæ Bononienſis Auditores. idem etiam ſenſit D. Menochi. de præſumptio. libro 1. quæſtione 29. numero 13.

627 Cum dixit, negatiuam præſumptionem † fortiorem eſſe affirmatiua.

628 Et ratio † rationis eſt.

629 Quia negatiua † magis negat, quam affirmatiua affirmet. l. hoc genus iuncta Glo. vltima, in fine, de condit. & dem. Glo. in cap. cum dilectus, in verbo ſuſpenſis, de conſuet. Deci. in l. prima numero 14. ſi certum petatur, & dicto conſilio 567. numero 2. Natta conſilio 481. num. 20. 3. volumi. Marzar. loco præcitato, & alij à me allegati conſilio 2. numero 231. 3. volum. conſilio 16. numero 24. cum ſeq. eodem vol. & conſil. 27. numero 219. 4. volum.

Conferunt multa, quæ ego ipſe ſcripſi conſilio 5. num. 95. cum decem ſequen. 1. volum. & conſil. 15. numero 32. 4. volum.

Et hoc patet ad ſenſum, ſecundum Imolam in dicta l. hoc genus, de condit. & dem. & Nattam memorato conſilio 481. numero 20.

630 Nam ſi dico, Titius eſt artifex; † ſufficit, quod in vna ſpecie ſit artifex: ſi autem dico, Titius non eſt artifex; nego omnem ſpeciem artificij.

631 Aliud † exemplum ponit ipſe Natta eodem in loco ſub num. 21.

SEXAGESIMOSEXTO.

632 IVdicandum eſt in dubio, † & ea ſumenda eſt interpretatio, vt contractus cenſeatur reſolutus eo modo, quo fuit celebratus.

Nam actus eo modo, quo conficitur, eodem modo reſoluitur. vt probat Burſatus conſilio 307. numero 147. in fine, & 148. 3. volum. Neque hoc caret ratione.

633 Quia † (vt ait Vlpianus, in l. nihil tam naturale, de reg. iur.)

634 Nihil tam naturale eſt, † quam eodem genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt.

635 Omnis enim res † per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.

ſoluitur. vt legitur apud Ioannem Chryſoſtomum homilia 32. in Matthęum, & tranſumptiue in cap. omnis res 27. quæſt. 2. & in cap. 1. de regulis iuris, in antiquis.

636 Quæ regula † ſibi locum vendicat in omni obligatione, & contractu. vt exponit Glo. in eodem capit. 1. & probatur in dicta l. nihil tam naturale, verſiculo ideoque, de regulis iuris l. fere quibuſcunque, eodem titulo, l. prout quiſque, de ſolut. & vtrobique Glo. & ſcrib. alias leges idem probantes allegant, & §. vltimo, inſtitutionum titulo, quibus mod. tol. oblig.

Prout enim quidque contractum eſt, ita & reſolui debet. dicta l. prout quiſque iuncta Glo. 1. & 2. de ſolut.

637 Et propterea reſolutio actus † eius eſt naturæ, cuius eſt productio, ſecundum Iaſonem, Decium, & Modernos, quos refert, ſequitur, & ſimilibus comprobat Cagnol. in dicta l. nihil tam naturale, numero 1. cum ſequenti.

Quibus accedunt Gozad. in l. 2. numero 18. & ibi Petrus Monchada in add. C. de pact. inter emptorem, & vendit. iſtique alios referunt huius opinionis defenſores.

Et reſolutio contractus iudicatur eius naturæ, cuius eſt contractus. ut ait Bar. in lege & ideo, numero 2. de condic. furti. quem ſecuti ſunt Socin. conſilio 253. numero 8. verſiculo confirmatur 2. volum. Ronchegal. in l. eandem numero 296. verſiculo adde tu, de duob. reis. Anchar. iun. quæſt. 42. numero 18. lib. 3. & Surd. deciſ. Senat. Mantu. 128. numero 16.

Eademque ſunt principia conſtitutionis, & deſtructionis. vt recte, & ſcienter explicat eloquentiſsimus, & omni doctrina Ornatiſsimus vir D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS in §. ſed agnationis, ſub numero 16. inſtit. tit. de legit. agnat. tut.

Quo fit, vt ſicut dolus, dans cauſam contractui, irritat contractum bonæ fidei; ita reſolutionem ipſius. ſecundum Bartolum in dicta l. & ideo numero 2. de condictio. fur. & in l. in ſumma, numero 2. verſiculo nam ſicut, de condic. indebi. ex l. de tutela cum ibi not. C. de in integr. reſtitut. minor. idemque probatur in l. ſi cum dotem, §. ſi mulier. ſolut. matrim. quam ad hoc allegat Apoſtilla ad ipſum Bartolum in dicta l. in ſumma ſub litera G. Caſtrenſ. in l. ab emptione, numero 14. Iaſon, alios accumulans, numero 2. de pact. Euerard. in loco à contractu ad diſtractum, numer. 5. idem, quo ad nullitatem contractus, ex communi ſcribit, poſt alios, Turret. conſilio 28. numero 7. 2. volum.

Et aſſenſus, præſtitus ſuper contractu, intelligitur etiam præſtitus ſuper

ſuper illius reſolutione, quæ iure communi ſequitur: ex quo cenſetur adhibitus ſecundum qualitatem contractus, ſuper quo interponitur. l. ſi pupillorum. §. ſi pupillus, de rebus eorum, per quam legem, & poſt Romanum, Alexandrum, Baldum Nouellum, Puteum ex communi, Frecciam, & Corbulum, ita præciſe ſcribit Surdus, illos ſuis locis allegans, deciſ. Senat. Mantu. 220. numero 20. verſiculo, ſi igitur, cum quatuor numeris ſeq.

Contractus quoque, & eius reſolutionis, ſeu diſtractus eadem eſt ratio. vt inquit Roma. conſilio 280. numero 2. per l. ſi ad reſoluendam, C. de præd. min.

Non tamen ipſa reſolutio dicitur nouus contractus. ſecundum Euerardum in loco à contract. ad diſtract. numero 13. & Doctores nunc allegandos.

Quamobrem ſtante ſtatuto, quod de omni contractu ſoluatur gabella, de huiuſmodi reſolutione gabella ſoluenda non erit. vt eo loci ipſe Euerardus affirmat. & ante eum Glo. fi. & Caſtren. in l. 1. numero 8. C. quando lice. ab empt. diſced. & in l. 1. numero 2. & 3. C. de pact. inter emptorem, & vendit. vbi Apoſtilla ſub litera A, etiam Bertachinum allegat. idem docuit Baldus (diſtinguendo tamen, vt per eum.) in l. ab emptione, ſub numero 1. verſiculo, ſed quid ſi de contractu, de pact.

638 Sic etiam priuatio † eſt eius naturę, cuius eſt habitus. vt dicunt Baldus, & Caſtrenſis in dicta l. 1. C. quando lice. ab emp. diſce. atque idem ego ſcripſi conſilio 32. numero 29. 1. uolum.

Inferendo ad plura, & inter cętera,

639 Quod ſi contractus † eſt bonæ fidei, etiam reſolutio, ſeu diſtractus bonæ fidei cenſetur. ex Bartolo, & alijs in d. l. ab emptione, per illum textum, de pact. numero 2. & in memorata l. 1. C. quando liceat ab empt. diſced.

(Vbi quoque, & latius per Doctores vtrobique, & in l. 2. eodem tit. ponitur, quomodo fiat reſolutio contractus venditionis conſenſu vtriuſque partis: & agitur etiam de pactis reſolutiuis. de quibus etiam mentionem faciunt, alios recenſendo, Caſſane. conſilio 33. numero 5. Caballin. in tract. diuidui, & indiuidui, in principio ſub numero 24. & in 3. parte, numero 618. cum numeris ſequen. Celſi ingenij, & eximiæ eruditionis Vir D. SYLVESTER ALDOBRDINVS in §. ſed etſi, ſub numero 4. inſtitut. titu. quib. mod. tut. fin. & in §. ſi ab hoſtibus, numer. 11. quibus mod. ius pat. pot. ſol. Alphanus remiſsiue collect. iuris 886. Riminal. iun. conſilio 285. numero 86. 87. & numeris ſequen. 3. volum. Gabriel conſilio 76. numero 4. 1. volum. D. Decian.

conſilio

conſilio 8. numero 80. 1. volum. Vincent. Carotius de depoſito, par. 2. quæſt. 50. verſiculo pro contraria, & quæſt. 58. & Magonius deciſ. Rotæ Florentinæ 49. fere per totam.)

Addo Decium in l. nihil tam naturale, nume. 3. verſiculo, & ſi contractus, de reg. iur. Socinum iuniorem in Rub. de acquir. poſſeſ. num. 37. & Excellentiſsimum, ac prȩclariſsimum D. SYLVESTRVM ALDOBRANDINVM in §. ſed agnationis, ſub numero 17. inſtit. tit. de legit. agnat. tut.

640 Addo etiam, quod qui plures ſunt rei in contractu,† plures quoque rei in diſtractu cenſentur. vt ex communi probat Socin. conſilio 16. numero 57. 4. volum. Ronchegal. in l. eandem, numero 296. de duob. reis, & Burſat. conſilio 176. numero 36. 2. volum. qui alios congerunt eandem ſententiam tuentes.

Et ipſorum reorum debendi vna omnium dicitur eſſe obligatio. l. 3. in fi. de duob. reis. Ancharan. iun. quæſt. 29. ſub numero 6. libr. 1. & Surd. deciſ. Senat. Mantu. 308. numero 14.

Præterea, reſolutionem contractus fieri debere cum iiſdem qualitatibus, quibus celebratus, ſeu conſtitutus fuit, probat elegans reſponſum Pomponij in l. prout quiſque, de ſolut. & idem reſpondit Rimin. iun. conſilio 276. numero 43. 3. volum. per d. l. ab emptione, de pact. l. nihil tam naturale, de reg. iur. & ex ſententia Glo. in l. Paulus, de ſolut. Bart. Aretin. Iaſ. Deci. Rimi. ſen. & aliorum in l. 2. §. mutui datio ſi cert. pet. & Ioan. Bolognet. conſilio 11. numero 37.

Eaſdem enim qualitates habet diſtractus, quas habet cōtractus, inquit Illuſtriſsimus, & iuris vtriuſque Peritiſsimus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS in §. ſed agnationis, numero 17. inſtit. tit. de legit. agnat. tut.

Et propterea ſolennitas requiſita in contractu, regulariter requiritur etiam in diſtractu. ſecundum eundem ibidem, numero 18. & idem aperte colligitur ex d. l. prout quiſque, de ſolut. l. ſi vt proponis, C. de nup. authen. è contra vbi Salicet. notat, C. de repud. cum alijs pluribus cumulatis ab Euerardo in loco à contractu, ad diſtractum, numero 8. & ſequent. & per Doctores in dicta l. nihil tam naturale, de regulis iuris.

Et reſolutio, ſeu diſtractus regulari debet ſecundum qualitatem contractus præcedentis vt ex Decio, & Cagnolo obſeruat Rimin. iun. conſilio 430. numero 7. 4. volum.

Contractus autem, de quo agitur, cum omnibus venditoribus, ſimul, & coniunctim contrahentibus, fuit celebratus. Ergo quo ad omnes

nes etiam iudicari debet reſolutus; non autem reſpectu vnius, & pro octaua parte tantum.

SEXAGESIMOSEPTIMO.

641 Contractus † quod ſit indiuiduus, & conſequenter vt pro parte irritari non poſsit, quin vitietur, & reſoluatur in totum, in dubio iudicandum eſt.

642 Ea † ratione.

643 Quoniam diuiſio † non præſumitur. vt aſſerunt Maſcardus de probat. concluſ. 526. numero 1. D. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſump. 60. num. 1. & Theſaurus deciſ. 205. num. 2. quos ſecutus ſum conſil. 13. num. 173. 2. volum. & conſil. 31. num. 52. 4. volum.

Addo l. ſi pater in fine, de lib. cauſ. l. inter eos ꝟ. 1. de fideiuſ. l. 1. §. 1. verſic. in eadem perſona, C. de lati. liber. tollen. Glo. vltima, in ca. vltimo, de clandeſt. deſpon. Bald. in l. ſenium in penulti. quæſtio. C. qui teſta. face. poſ. Cepol. conſil. vltimo numero 9. in fi. Socin. in l. 1. §. in filij in 3. not. ad Trebel. & in l. demonſtratio falſa §. 1. in 3. not. de condi. & dem. Afflict. deciſ. 142. ſub numero 1. & 3. Alciat. in l. 4. §. Cato num. 164. verſic. ſed tamen, de verbor. oblig. & Crauet. inter conſilia Marzarij conſil. 34. num. 23.

644 Nec etiam in dubio † diuiſio voluntatis eſt admittenda. vt ego ſcripſi conſil. 39. num. 187. 5. volum. ex l. quidam elogio, C. de iure delib. & l. eum qui, in fine, de ijs, quibus vt indign. quam legem in celeberrimo ſuo trac. de coniect. vlt. volun. lib. 11. tit. 23. num. 15. allegat etiam

645 † Doctiſsimus, & Grauiſsimus I.C.D. Franciſcus Mantica Sacri Palatij cauſarum Auditor integerrimus.

Qui, poſt hoc à me redditum Reſponſum, his virtutibus, ob eiuſque ſummam probitatem, prudentiam, fidem, pietatem, religionem, atque alias eximias animi dotes, à Sapientiſsimo, & optimo Pontifice, Sanctiſsimo D. N. D. CLEMENTE PP. VIII. promeritam Cardinalatus dignitatem fuit conſequutus. V. Iunij labentis anni 1596.

Qua die quindecim alij ingenio, doctrina, moribus, pietate, atque alijs virtutibus ornatiſsimi Viri eandem dignitatem adepti fuere.

646 Sicut (redeundo vnde digreſsi ſumus) nec † pluralitas contractuum præſumitur.

647 Cum † in actibus, alijſque hominum negocijs † pluralitas non præ-
648 ſumatur. cap. cum Ioannes Heremita, de fide inſtrum. Aret. conſil. 36.

M numero

numero 4. Corne. conſil. 134. ſub numero 9. 3. volum. Iaſon, alios accumulans cum Apoſtilla ad eum, conſilio 34. numero 19. conſilio 62. ſub numero 5. cum ſeq. & conſilio 70. num. 3. 1. vol. Purpur. conſil. 402. ſub num. 35. 2. volum. Franciſ. Beci. conſilio 47. num. 7. copioſius D. Menoch. de præſump. lib. 6. præſump. 15. numero 6. cum quatuor ſeq. Prætus conſil. 25. num. 10. 1. vol. Rimin. iun. conſil. 238. num. 13. & conſilio 310. ſub num. 22. 3. vol. Burſat. ex communi, conſilio 182. num. 15. & 27. 2. volum. Fabius Turrettus Peruſinus, me ipſum adducens, conſilio 87. num. 21. 2. volum. Marcabrun. ab Anguil. conſil. 18. num. 120. 1. volum. Magonius deciſ. Rotæ Florentinæ 57. num. 30. & deciſ. Rotæ Lucenſis 5. num. 22. cum alijs pluribus à me allegatis conſil. 3. numer. 79. & conſil. 36. num. 87. cum ſeptem ſeq. 1. volum.

649 Vbi numero 91. ſcripſi iſtud habere locum, † etiam ſi adſit diuerſitas ſummarum. ſecutus Franciſcum, de Albergottis inter conſilia Baldi conſilio 401. num. 4. verſicul. nec ex diuerſitate, 4. volum. Neuizanum conſilio 96. num. 5. & 6. Crauettam conſilio 524. nume. 8. 3. volumi. & D. Decianum conſilio 11. numero 38. 1. volum. quibus accedunt Burſat. ex communi, conſilio 182. num. 27. 2. volum. & Fabius Turrettus, me ipſum quoque allegans, conſil. 87. num. 22. 2. volum.

650 Similiter procedit † quamuis diuerſæ ſcripturæ, & plura extent inſtrumenta, adhuc enim pluralitas non præſumitur.

651 Et † qui contrarium dicit, illud probare tenetur. vt, poſt Baldum, & alios, docet D. Menoch. de arbit. iudi. lib. 2. centur. 3. caſu 213. num. 9. & 10. & de prçſumpt. lib. 6. præſump. 15. num. 8. & 9.

Idem ego reſpondi dicto conſil. 36. num. 93. 1. volum. vbi his adiunxi Crauettam, & Burſatum alijs in locis ita firmantes. tradit quoque ipſe Burſatus d. conſilio 182. num. 27. & 28. 2. volum.

Et in terminis venditionis conſilio 340. ſub num. 7. cum præced. 3. volum. poſt D. Decianum conſil. 11. num. 37. 1. volum.

652 Ratio † eſt, ſecundum D. Menochium, dic. prçſum. 15. num. 9.

653 Quia vnum inſtrumentum † ad aliud relationem quandam tacite habere videtur. l. qui bis idem, de verbor. oblig. Soci. conſil. 129. num. 4. volumine 4.

Ergo multo magis idem affirmandum eſt hoc in caſu, in quo non adeſt diuerſitas ſummarum, nec plura extant inſtrumenta, ſed vnum tantum.

654 Quodque in dubio identitas † præſumatur, niſi contrarium probetur. reſpondit Zaſius conſilio 5. numero 20. 1. volum. poſt Bartolum, & alios, per eum relatos, quos & ego ſecutus ſum, eiuſdem ſententiæ

Nattam

Nattam, & Maſcardum recenſendo, conſilio 39. numer. 170. & 171. 1. volumine.

Nunc addo magis in ſpecie caſus noſtri, eam ſumendam eſſe inter-
655 pretationem, † vt vnus tantum contractus geſtus cenſeatur, licet duplex dari poſsit. l. 2. §. vltimo, locati, & §. item quæritur, inſtitut. titul. eodem, quibus iuribus ita præciſe ſcriptum reliquit Soci. iun. in Rub. de verbor. obligat. numero 242. &, vltra eum, Gratus, poſt Decium, & alios, conſilio 82. numero 20. 2. volumine, Burſatus, (eiuſdem opinionis referens Baldum, Alexandrum, Iaſonem, Decium, & D. Decianum,) conſilio 340. numero 7. 3. volumine. quod etiam comprobatur alijs legibus, & authoritatibus à me allegatis conſilio 31. numero 74. 2. volumine.

Et in dubio præſumitur, emptorem vnicum contractum, & emptionem facere, licet plures res in eo contineantur: nec vnam rem ſine alijs empturum; niſi contrarium doceatur. vt idem Burſatus affirmat prædicto in loco numero 5. ſecutus Bartolum, & Caſtrenſem in l. ſi quis aliam, per illum textum, de ſolut. Baldum in capit. 1. de capit. qui cur. vendit. Socinum Seniorem conſilio 200. numero 2. verſiculo ſecundo, volumine 2. & Ronchegallum in l. eandem, in principio, numero 64. in fine, & numero 68. 83. 84. & ſeq. de duob. reis, quos ad hoc ipſe recenſet. atque ita etiam ſentiunt Glo. Cyn. Alber. Bar. Alex. & Tiraquel. alios allegans, vt meminit, & eis adhæret Surdus conſilio 217. numero 20. 2. volum.

656 Quamobrem, ſi non valet contractus † eo modo, quo fuit celebratus, nec etiam valere debet eo modo, quo fieri potuiſſet. l. 1. §. eum qui, de conſtit. pecun. l. 1. §. ſi quis ita, vbi hoc notant Bart. numero 2. & num. 5. verſicul. ſi de obligatione diſſoluenda, ibi, aut eſt defectus in forma, & poſt eum cæteri Interpretes, de verb. oblig. l. 1. de codicil. vbi Gloſ. vltima alias leges idem probantes allegat, & l. an inutilis, ſecundum vnum intellectum, de acceptil. & hanc ſententiam ſequuntur etiam, & communem dicunt Couarruias de ſponſalibus, par. 1. cap. 3. numero 2. ad finem, & ſeq. Emanuel Soarez in Theſauro recep. ſent. litera A, numero 66. & Prætus conſil. 172. num. 3. 1. volum.

Cum etiam in dubio ſumenda ſit interpretatio, quod aliquis non fuiſſet contracturus pro parte tantum. vt docuit Ronchegal. in l. eandem numero 84. in fine, de duobus reis. ex dicta l. ſi quis aliam, de ſolutionibus.

SEXAGESIMOOCTAVO.

657 IVdicandum eſt in dubio † pro eo, cuius cauſa maiori rationum copia eſt roborata.

658 Ratio † eſt.

659 Quia plures rationes † vincunt pautiores. §. 1. authent. de conſangui. & vter. fra. authent. itaque cum Glo. vltima in fine, C. commun. de ſucceſ. l. re coniuncti, vbi Iaſon numero 18. de leg. 3. §. ſed hodie, inſtit. titu. de adop. c. 1. de treug. & pace. Eccleſiaſtes cap. 4. & Nauarr. in Manuali Confeſſariorum, cap. 27. numero 286. verſiculo ceſſante communi.

660 Vbi extendit habere locum, † etiam ſi ille plures rationes ſatis apte diſſolui poſſent; adhuc enim opinio, quæ ijſdem rationibus innititur, in dubio eſt amplectenda.

661 Ea † ratione.

662 Quia funiculus † duplex, aut triplex difficilius rumpitur. dicto cap. 1. de treug. & pace, & Eccleſiaſtes cap. 4.

Et Nauarrum loco præallegato ego quoque ſecutus ſum conſilio 25. nume. 74. cum duobus ſeq. 4. volum. conſil. 27. num. 208. cum numeris ſeq. eodem volum. & conſil. 39. num. 212. 5. vol. eiuſque opinio comprobatur ex pluribus congeſtis à Barbatia conſil. 6. numer. 28. vſque ad numerum 33. & conſil. 7. num. 1. cum octo ſeq. 2. volum. Neuizano conſil. 63. ſub num. 17. & Socin. iun. conſ. 76. num. 17. conſ. 112. numero 27. 1. volum. & alijs in locis, vt meminit, & eos ſequitur Ludouic. Zuntus in Reſponſo pro Vxore numero 585. & 586.

663 Sic etiam plures teſtes † pautioribus præferuntur. ca. licet cauſam, verſic. ex præmiſsis, de probat. Glo. in ca. in noſtra, de teſti. in l. ob carmen §. ſi teſtes, ff. eodem, cum alijs, de quibus per Alexandrum conſil. 64. num. 2. volum. 2.

664 Et plures † coniecturæ, & præſumptiones præualent pautioribus. cap. illud, de præſump. l. cum de indebito, de prob. Bald. conſil. 224. 3. volum. Alex. conſilio 88. num. 7. volum. 7. Corne. conſil. 357. num. 1 r. 1. volum. conſil. 211. numero 18. 2. volum. & conſil. 283. numero 10. 4. volum. Deci. conſilio 470. num. 10. Socin. iun. conſil. 26. nume. 13. 4. volum. & alij, quos ego commemoraui conſilio 1. num. 313. 3. volum.

Ex prędictis autem luce clarius apparet, emptoris cauſam longe maiori rationum numero eſſe munitam, quam cauſam venditorum.

Ergo pro ea in dubio eſt iudicandum.

Et præſertim, cum etiam manifeſtum ſit, eaſdem rationes, quas pro

ipſo

ipſo emptore ſupra deduximus, vrgentiores, ac firmiores eſſe.

665 Et propterea hoc quoque reſpectu † merito præferendas. l. nam etſi parentibus, de inoff. teſta. l. ſcripto, vnde liberi, l. cui pacto, de ſer. expor. l. ſi debitori, in fine, l. hi, qui acceſsionis, de fideiuſ. Socin. iun. in l. ſtipulationes non diuiduntur numero 212. de verbor. obligat. quem & ego ſecutus ſum conſilio 39. num. 213. 5. volum.

666 Sic etiam præſumptio validior † debiliorem perimit. l. Diuus iuncta Glo. in verbo extimari, de in integ. reſti. l. quia autem, §. non ſimpliciter, ſi quis omiſ. cauſ. teſta. l. non ſolum, de ritu nup. Baldus, Angelus, Salicetus, Guid. Pap. Marſilius, Grammaticus, Curtius iunior, Boerius, Socinus iunior, Zuchardus, Alciatus, & Crauetta, quorum meminit idem aſſerens, inſignis Menoch. de præſumpt. libro 1. quæſtione 30. numero 1.

Et illis accedunt alij plurimi à me allegati dicto conſil. 1. num. 315. cum tribus ſeq. 3. volum.

667 Quinimo, vna ſola præſumptio multum valida, & efficax † perimit, ac diluit plures, quæ infirmiores, & debiliores eſſent. vt idem D. Menoch. docet dicta quæſt. 30. numero 5. &, ante eum, ita reſpondit Pariſ. conſil. 10. numero 25. & conſilio 11. numero 26. 2. volum. ex l. ſi qui, C. ad l. Iul. de adul. c. literas, de præſumpt. & ex ſententia Baldi, Abbatis, & Barbatiæ, quos vtrobique recenſet.

668 Quod obtinet † etiam in præſumptione hominis, quæ ſi validior ſit, ac firmior præſumptione legis, ipſam legis præſumptionem tollit, & perimit. vt cenſuit Bart. in l. Gallus §. etiam ſi parente numero 5. & Socin. qui de communi atteſtatur, numero 8. de lib. & poſthu. idem Soci. in l. cum auus numero 80. verſiculo duodecimo allegabatur, de condit. & demon.

Quorum opinionem lege, & authoritate Decij, Ruini, & Socini iunioris confirmat D. Menoch. dicto libr. 1. de præſumpt. quæſtio. 30. numero 6. & 7.

Multo ergo magis idem eſt obſeruandum in noſtro caſu, in quo, & plures numero, & firmiores, (vt dixi,) non quidem hominis, ſed iuris præſumptiones, & validiſsimæ, ac inęuitabiles rationes, & fundamenta ad fauorem emptoris ſimul concurrunt.

M 3 SEXA-

SEXAGESIMONONO.

INficiari non poteſt, quin æquior ſit huiuſmodi opinio,
669 † quod emptor cogendus non ſit, pro ſeptem partibus octo partium bonorum emptorum contractum adimplere, & pro octaua parte, quæ tradi non poteſt, intereſſe accipere; ſed ei liceat, ob defectum traditionis ipſius octauæ partis, à tota emptione diſcedere. vt ſuperius plene fuit demonſtratum. præcipue in trigeſimo nono fundamento, quadrageſimo, & quinquageſimo tertio.

670 Ad cuius confirmationem addo, æquum illud eſſe, † cuius contrarium eſt abſurdum. vt ex l. ita vulneratus, ad leg. aquil. not. Bald. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit numero 5. verſiculo, & ibi textus, C. de furt. & Nicol. Euerar. in loco ab abſurdo numero 8. in fi. & 9.

671 Abſurdum autem eſt, † quod res pro parte tradatur, & pro parte ſoluatur intereſſe. l. in executione, §. pro parte, de verbor. obligat. cum alijs memoratis in trigeſimo octauo fundamento. Ergo &c.

672 Cum igitur hæc opinio æquior ſit, † in dubio amplectenda eſt in iudicando. l. in omnibus quidem, de reg. iur. l. 1. §. ſed neque, C. de vet. iure enucle. l. placuit, C. de iudi. Angel. in l. ſequitur, in principio, de verbor. obligat. Cur. ſen. conſilio 51. numero 22. verſiculo, & cum ſit æqua. idemque ego ſcripſi conſil. 38. num. 111. 5. volum.

Addo Pariſium conſilio 32. numero 4. 2. volum. Riminaldum iuniorem conſilio 285. numero 119. 3. volu. Achillem Perſonalem in tracta. adipiſcen. poſſeſ. numero 168. verſic. vel etſi, & numero 283. verſiculo, & licet.

Et interpretatio iuſta, & naturali conſona æquitati ſemper fieri debet. vt ait Roma. conſilio 16. numero 3. ex l. in ijs, de condit. & dem. l. non ſine, de conſtit. pecun. l. ſed ſi alia, de excuſ. tut. cum alijs ſimilibus per eum citatis.

Atque interpretatio benignior, & æquior eſt accipienda. vt inquit Ancharan. iun. quæſt. 6. numero 25. libr. 3. per l. in ambigua. & l. benignius, de legi.

Addo Burſatum, alias leges, Socinum ſeniorem, Crauettam, & D. Menochium commemorantem, conſilio 176. numero 23. & 24. 2. vol. & conſilio 320. numero 38. verſiculo quinto, 3. volum. D. Decianum conſilio 58. numero 54. 2. volumine, & conſilio 55. numero 38. 3. volumine, & Ioannem Vincentium Hondedeum conſil. 58. numero 42.

1. volumine, & conſilio 72. numero 16. eodem volumine.

673 Sic etiam interpretatio † fieri debet ex bono, & æquo. l. Meuia, §. vxorem, de annu. leg. l. ſi fuerit in fine, de rebus dub. l. in his, vbi Soci. de condit. & dem. Pancirol. conſilio 9. numero 7. 1. volum. poſt Bartolum, & eundem Socinum.

Quibus accedunt Cardin. Zabarella conſil. 93. in fine, Crauet. conſilio 70. ſub num. 13. Rimin. iun. conſilio 121. num. 29. 2. volum.

674 Et in contractibus † ea ſumi debet interpretatio, vt ſeruetur bona fides, & æquitas naturalis. vt reſpondit idem Crauetta ibidem, & ſub eodem numero 13. & conſil. 983. numero 57. 6. volum. poſt Baldum conſil. 112. ad finem, 1. volum.

675 Quæ æquitas naturalis † nil aliud eſt, quam naturalis iuſtitia. ſecundum eundem Baldum in cap. 1. in fine ſub num. 15. de iureiur. quem refert, & ſequitur Excellentiſsimus D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS, cuius celeberrimi nominis fama perpetuo viuet in animis hominum, conſilio 1. numero 108. lib. 1. idem late probat Quintilianus Mandoſius in repet. cap. quoniam contra numero 1. & 2. de probat.

Et vbi adeſt naturalis æquitas, non ſunt alię perquirendę coniecturæ in interpretationibus diſpoſitionum. vt, poſt Angelum conſilio 345. ſcribit D. Decian. conſilio 9. num. 48. verſiculo, & ideo, 2. volum.

Atque adeo verum eſt, æquiorem opinionem in dubio ſequendam

676 eſſe in iudicando, vt obtineat, † etiam ſi contraria opinio receptior eſſet. ex notabili deciſione Abbatis in c. 2. num. 3. de cognat. ſpirit. & Corſet. ſingul. 205.

Quam ego ſępe conſulendo ſecutus ſum, nempe conſilio 6. numero 95. conſil. 17. numero 112. 1. volumine, & in Reſponſo reddito in cauſa olim vertente inter Illuſtriſsimum, ac Reuerendiſsimum Fel. Mem. Cardinalem Ioan. Franciſcum Maurocenum, & Communitatem Caneti, numero 268. & conſilio 2. numero 268. conſilio 39. numero 109. & 110. 2. volum. & conſilio 1. numero 371. 3. volum. & conſil. 38. num. 111. 5. volumine.

Vbi illis adiunxi Albericum, Decium, Curtium, Neuizanum, Socinum iuniorem, Nonium, Alphanum, D. Decianum, & Ruſticum.

Nunc addo Franciſcum Marcum deciſ. 692. par. 1. Pariſium conſil. 72. numero 41. & 42. 1. volum. conſil. 32. numero 4. & conſil. 47. num. 15. 2. volum. conſilio 6. numero 24. conſilio 50. numero 60. conſil. 66. numero 17. 3. volum. & conſilio 62. numero 24. 4. volum. Nauarram in Manuali confeſſariorum, cap. 27. numero 286. in fine, D. Menochium,

non

non nullos alios recenſentem, de pręſumpt. lib. 2. pręſumpt. 71. numero 25. & Ludouicum Zuntum in Reſponſo pro vxore numero 566. vbi eiuſdem ſententiæ refert Apoſtillam ad Riminaldum, Lancelottum Conradum, & tres ex pręd ictis, nempe Pariſium, Neuizanum, & D. Decianum alijs in locis eam probantes.

Addo etiam Crauettam conſilio 942. numero 28. Ioannem Branzonum inter conſilia Marzarij conſilio 48. numero 42. D. Cephalum conſilio 721. numero 34. & conſilio 765. numero 48. & tribus ſequen. 5. volum. Franciſcum Becium conſil. 8. num. 19. verſicu. confirmatur, Gabrielium conſilio 122. num. 3. 1. uolum. & Ludouicum deciſ. Rotæ Lucenſis 29. numero 84. Riminaldum iuniorem conſilio 381. num. 86. poſt plures ab eo relatos, 4. volumi. & Fabium Turrettum conſilio 8. numero 92. 1. volum. conſilio 29. numero 7. & conſilio 66. numero 25. & 26. 2. volum.

Quibus omnibus perſpicue dignoſcitur, ipſam deciſionem frequentiſsimo Doctorum ſuffragio communiri. Ergo &c.

Comprobatur ex traditionibus Grati conſilio 2. numero 45. 1. vol.
677 cum dixit, Interpretationem, † quæ magis æqua eſt. cęteris præferri, per l. placuit, C. de iudicijs.

678 Et omnem interpretationem † deſiderare æquitatem. cenſuit Socin. conſilio 159. numero 28. 2. volum. & ante eum Bald. in l. cum allegas ſub numero 15. C. de uſuris, ex l. in ijs, de condit. & dem.

679 Interpretarique contractum † in æquiorem partem, ad iudicis officium ſpectat. ſecundum Pancirolum conſilio 148. numero 18. 1. uolum. poſt Tiraquellum de retract. conuent. in fine numero 126. ex l. ſi ſocius pro filia, pro ſocio. quibus accedunt Crauet. conſilio 999. num. 10. 6. uolum. & Rimin. iun. conſil. 816. numero 31. 7. uolum.

SEPTVAGESIMO.

680 INterpretatio ſumi, & iudicari debet in dubio † contra uenditorem ad fauorem emptoris. ut extat in terminis reſponſum Papiniani in l. veteribus, de pactis, Pauli in l. labeo ſcribit, de contrahen. emp. Pomponij in l. cum in lege eodem tit. Vlpiani in l. in contrahenda, de regul. iur. Romani conſilio 5. numero 2. Beroi conſilio 132. ſub numero 43. volum. D. Cephali conſilio 543. numero 21. in fine, & 22. 4. volumine, & idem ſcribunt Duarenus de pactis cap. 6. numero 15. D. Decianus, poſt Bartolum, Baldum, & Iaſonem, conſilio 21. numero 9 2. volumine, &

Fabi.

Fabi. Turrettus conſilio 72. numero 10. 1. volumine.

Hac concluſione, præter adducta per Excellentiſsimum Conſulentem, & Illuſtrem Senatorem D. Ioan. Franciſcum Crauettam, his ita à nobis firmata, opus quidem non eſſet vlterius immorari in confutatione eorum, quę ſuperius in contrarium perpendimus: cum, ex prædictis, ſint penitus ſublata.

Veruntamen, vt veritas dilucidior reddatur, ſingulis breuiter, & ſummatim reſpondere ab inſtituto alienum non videtur. igitur,

AD PRIMVM.

De pluralitate perſonarum, ad arguendum pluralitatem contractuum.

681 PRIMO reſpondetur † habere locum in dubio: & in his terminis loquuntur, & procedunt iura, & deciſiones in eo allegatę: non autem quando apparet de vnitate inſtrumenti, & actus: tunc enim diuerſitas perſonarum nil officit: & ita in ſpecie reſpondet, & late probat Becius conſilio 92. numero 17. & 18.

At ſic eſſe in propoſito caſu, in fundamentis cumulatiſsime deductum eſt. Ergo &c.

682 SECVNDO reſpondetur ſibi locum non vendicare, † quando plures perſonæ ſunt ſimul in eodem contractu verbis coniunctæ, & non omnino re diſiunctæ: quia tunc habentur loco vnius; & conſequenter pluralitatem contractuum non inducunt: vt hoc in caſu: quemadmodum diffuſe oſtenſum eſt in decimo tertio fundamento.

Et, vltra ibi dicta, addo, quod vbi plures pro vno habentur, vno contraueniente, pœna committitur in ſolidum, & vnius factum alteri nocet. vt ex l. cum fundus in fine, ibi (*pro ſingulari perſona eſt habendus*,) de condit. & dem. & ex deciſione Caſtrenſis in l. 5. §. fi. ſub num. 2. de verb. oblig. Speculatoris, Bartoli, Socini, & communi omnium opinione, ita præciſe reſpondit Burſat. conſil. 176. num. 50. 2. vol.

683 TERTIO reſpondetur non obtinere, † quando ratio, & cauſa, ob quam plures vendere promiſerunt, vniformiter (vt in caſu noſtro) eos reſpicit, & omnia bona vendi promiſſa: atque ita eundem finem, & effectum: nam & tunc vnus tantum cenſetur contractus,

tractus, & non multiplex. vt plene probatum eſt in nouo fundamento, & decimo.

684 QVARTO reſpondetur non procedere † in eo, quod conſiſtit in faciendo, vel mixtim in dando, & faciendo: vt in propoſito. ſicuti oſtenſum eſt in ſeptimo fundamento.

685 QVINTO reſpondetur non obſeruari † in ijs, quæ indiuidua ſunt ex intentione contrahentium: vt eſt illud, de quo agitur. ex adductis in decimoquarto fundamento, decimoquinto, decimooctauo, decimonono, quadrageſimo, quadrageſimotertio, & infra in tertia reſponſione duodecimi argumenti. &, vltra ibi dicta, ita in terminis declarat Ioan. Ronchegal. in l. eandem, numero 85. verſic. ſed dicas, de duobus reis, & idem opinatur Barbatia conſil. 36. num. 15. verſic. pro certo 2 vol.

686 SEXTO reſpondetur ei etiam locum non eſſe † in alijs ſui natura indiuiduis: vt ſunt contractus venditionis, & obligatio rem tradi. vt in tertio fundamento, quarto, quinquageſimoprimo, & quinquageſimoſecundo, cum ſeq.

687 Et, vltra ibi deducta, quod ſtipulatio rem tradi † ita ſit indiuidua, ſicut ſtipulatio viæ, itineris, actus, & aliarum ſeruitutum. ex l. ſtipulationes non diuiduntur, verſic. idem puto, de ver. oblig. ſubtiliter colligit, & obſeruat conſultiſsimus vir D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS, cuius doctiſsima commentaria, & reſponſa veram, & perpetuam laudem merentur, conſil. 83. ſub numero 4. lib. 1. Franciſ. Baldui. de diuiſ. ſtipul. pag. 300. & 301.

Indiuidua autem, & incorporalia (vt ſunt ipſe ſeruitutes. inſtit. tit. de rebus corpo. & incorpo. in fine, iuncta glo. in verbo numero) conſiſtunt tota in toto, & tota in qualibet parte totius. l. viæ, de ſeruit. & l. via conſtitui. §. quæcunq;, de ſeruit. ruſt. prædiorum, ibique Bar. & alij, præcipue Florianus, & Riminal. iun. conſil. 624. numero 2. ſexto volum.

Qui etiam ibidem num. 3. confirmat ex eo, quod ſcribunt Philoſophi de anima intellectiua, quam dicunt eſſe totam in toto, & totam in quibuſlibet ſuis partibus.

Præterea, huiuſmodi reſponſio comprobatur ex eo, quoniam interpretatio fieri debet ſecundum naturam rei: etiam ſi proprietas verborum repugnet. vt inquit D. Decian, conſilio 57. numero 61. 1. volum.

argu-

argumento Gloſ. in l. & puto, famil. erciſ. & ex traditionibus Baldi in l. vltima numero 2. in fin. C. commun. diuidundo, & Cumani conſilio 142.

Subdit etiam ipſe D. Decianus dicto numero 61. ex eodem Baldo conſilio 457. 3. volum. potius tolerandum eſſe, quod improprietur natura verborum, quam natura rerum.

At natura venditionis, & obligationis rem tradi indiuidua eſt. vt prædixi. Ergo &c.

688 SEPTIMO reſpondetur non verificari † vbi plures perſonæ nominantur ſub nomine collectiuo: vt in caſu propoſito. Sicut oſtendimus in vigeſimo fundamento.

689 OCTAVO reſpondetur non habere locum † in correſpectiuis: vt præſenti in caſu. quemadmodum copioſe in trigeſimo ſexto fundamento oſtenſum eſt.

690 NONO reſpondetur non procedere, † quando adeſt clauſula (*omnia & ſingula &c.*) vt hic. ſicut eſt probatum in quadrageſimo tertio fundamento.

691 DECIMO reſpondetur non obtinere, † vbi in contractu reperitur illud diſtributiuum (*quilibet*) vt in eo, de quo ſermonem habemus. ſicuti perpendimus in quadrageſimo quarto fundamento.

692 QVATVOR aliæ reſponſiones, † quibus tollitur dictum primum argumentum, colliguntur ex primo fundamento, ſecundo, quinto, & ſexto.

AD SECVNDVM.

De diuiſione pretij, per textum in l. quod autem §. vltimo iuncta Gloſ. vltima, de in diem addictione.

693 PRIMO reſpondetur illum textum † loqui, & intelligendum eſſe, prout communiter ab omnibus intelligitur, de diuiſione pretij in actu obligationis. vt manifeſte colligitur ex illis verbis (*ſi varijs pretijs partes ſuas diſtraxerint*) vbi Gloſ. in caſus figuratione, ſeu facti ſpecie exemplificat, veluti vnus pro 5.

alius pro

alius pro 10. & tertius pro 15. & idem deſumitur ex l.ſeq. & in his terminis procedunt aliæ deciſiones in eodem 2. argumento allegatæ.

At in caſu noſtro pretium in actu obligationis non fuit diuiſum, ſed vnum tantum (videlicet Scutorum viginti ſex mille) in omnibus bonis conſtitutum.

Ergo licet poſtea quilibet ex venditoribus, pro parte ſuæ contingentis portionis, receperit Scutos bis mille quingentos, (erat enim neceſſe, quod vnuſquiſque ſuam partem pretij conſequeretur) contractus nihilominus indiuiduus cenſetur.

694 Et factum † vnius ex venditoribus alteri nocet. vt aperte deciditur in l.quod ſi vno, eodem tit.de in diem addict.

Et ideo præallegata l.quod ſi vno, & dict. §.vltimus, cum l.ſequen. in compendium rediguntur, ſeu ſummantur à Doctoribus hoc pacto.

Si res à pluribus fuerit vendita diuerſis pretijs ſub pacto addictio-
695 nis in diem, † poteſt per aliquos exerceri pactum, alijs nolentibus:
696 Sed ſi vno pretio, † tunc per contradictionem vnius, impediuntur alij.

Vnde tantum abeſt, vt ille textus opinionem noſtram offendat, quod potius eam coadiuuat, atque confirmat.

Et hæc reſponſio veriſsima etiam oſtenditur.

Tum ex ijs, quæ ſcribunt Baldus, Decius, & alij in locis in eodem ſecundo argumento relatis.

Tum ex pluribus allegatis in vigeſimo primo fundamento, & vndecim ſequentibus.

Ex quibus etiam perſpicuè conſtat, non obſtare octauam deciſionem Caualcani, par. 2. & præſertim accedentibus ijs, quæ diximus in quinquageſimo quinto fundamento, & ſequenti.

SECVNDO reſpondetur, quod etſi pretium etiam in actu obli-
697 gationis diuiſum fuiſſet, † vnus tamen cenſeretur contractus: ex quo emptor vnam rem ſine alijs non emiſſet. vt eſt plene deductum, & firmatum in decimo nono fundamento, & trigeſimo tertio.

Et manifeſte probatur in l.cum eiuſdem §.interdum, de ædeli.ædic. idemque, per illam legem, expreſſe concludit Petrus Gregorius in Syntagmate iuris vniuerſi lib. 26. cap. 2. nume. 15. in fine, cum alijs in eodem trigeſimo tertio fundamento relatis, & ſub numero 593. verſiculo, & etiam, & numero 655.

TER-

698 TERTIO reſpondetur non procedere, † quando ex alijs uerbis prolatis apparet, non obſtante diuerſitate pretij, contrahentes unum tantum contractum celebrare voluiſſe: vt in hoc caſu. ex adductis in quinto fundamento, nono cum tribus ſequentibus, vigeſimo, trigeſimo ſexto, & trigeſimo nono cum ſeptem ſequentibus.

699 Siquidem ipſi contrahentes † verbis in inſtrumenro contractus, etiam enuntiatiuè, inter ipſos prolatis, contrauenire non poſſunt. l. optimam, de contrahen. emp. l. rationes, & authen. quod obtinet, C. de prob. quibus iuribus ita firmauit Calcaneus noſter Brixienſis conſilio 25. numero 2.

Capiendaque eſt interpretatio, quæ verbis conueniat. vt inquit D. Decian. conſilio 25. num. 95. 1. vol. adducens. l. 4. §. toties, & ibi Bartolum, & alios, de dam. infec. l. ita autem in principio, & ibi etiam Bar. de excuſ. tut. l. hos accuſare, §. omnibus, de accuſa. atque alia iura, nec non Baldum, Caſtrenſem, & Socinum alijs in locis idem firmantes.

Et interpretatio prouenìens ex uerbis contractus, quæ declaratiua appellatur, prohibita non cenſetur; etiam ſi extaret ſtatutum, quod uerba contrahentium, præcisè, & ad literam, prout iacent, intelligantur; nulla etiam admiſſa interpretatione. vt, poſt Caſtrenſem conſilio 467. 1. volum. Decium conſilio 475. numero 37. & Ruinum conſilio 3. num. 10. 3. volum. reſpondit D. Decian. conſilio 31. num. 50. in fi. & 51. 1. volumine.

Qui etiam ibidem cum numeris ſeq. & conſ. 41. num. 147. in fi. 148. & 149. eodem uolum. & conſ. 60. num. 44. 3. uolum. copioſè explicat, quæ alia interpretatio per huiuſmodi ſtatutum prohibita non intelligatur.

Interpretatio enim eſt donum Dei, ſine quo nihil certi haberemus: ideo prohiberi non poteſt. ſecundum eundem Decianum conſilio 31. numero 55. 1. volumine, qui ad idem allegat Baldum in cap. 1. num. 15. de conſtit.

Et Interpretationem eſſe de iure naturæ: & tolli non poſſe. ſcriptum reliquit, ex l. 2. §. his legibus, de origi. iur. ipſemet D. Decian. conſilio 60. numero 44. 3. uolum.

Quod tamen eo loci declarat procedere, in interpretatione propria, ſine qua ſenſus ſtare non poteſt: adducens clem. exiui de Paradiſo, de uerbor. ſignificat. Baldum in l. ſi quis filium, C. de lib. præter. & alibi.

Cumque dicta interpretatio legi poſsit, vera contractus interpretatio eſſe dicitur. vt idem D. Decian. reſpondit conſilio 21. numero 6. 2. volum. ex eodem Baldo in l. ex hoc iure, numero 5. in fine, de iuſti. & iure, & alijs ab eo relatis, per l. ad probationem, ibi *(quippe cum horum lectio, non recitantem, ſed quem tenor ſcripturæ deſignat, adiuuat,)* C. de probat.

AD TERTIVM.

De pluralitate rerum, cum quilibet ex venditoribus ſuam octauam partem vendere promiſerit.

700 PRIMO reſpondetur non habere locum, † quando plures res ſunt correſpectiuæ vna ad aliam, vt in propoſito:
701 Tunc enim † vnius loco habentur:
702 Et vna deficiente, † corruit actus etiam quo ad alias. vt copioſe oſtenſum eſt in trigeſimo ſexto fundamento.

Et ita in ſpecie reſpondit etiam Cagnol. in l. lecta, num. 142. verſic. & ſic, ſi cert. peta. & Beci. conſilio 92. numero 17. verſiculo rurſus, vbi etiam Iaſonem refert, & comprobatur ex l. ſi duos, de contrahen. emptio.

703 SECVNDO reſpondetur non obtinere, † quando in actu promiſsionis vendendi nulla eſt habita partium diſtinctio, ſed omnia in vniuerſum ſunt expreſſa: vt in caſu noſtro. ex ijs, quę diximus in decimo ſeptimo fundamento, & decimo octauo.

704 Præſertim † ſi vendere promittentes ſunt etiam verbis coniuncti, & partes adhuc confuſæ, ita vt intellectu magis percipiantur, quam ad oculum poſsint demonſtrari. quemadmodum diffuſe in decimo tertio fundamento probatum eſt.

705 TERTIO reſpondetur non procedere, † quando vnum pretium in omnibus rebus eſt conſtitutum: vt in illis, de quibus agitur. & hanc reſponſionem in terminis affert I. C. in l. cum eiuſdem, & in l. ſi plura mancipia, de ædel. ædic. & nos latiſsime comprobauimus in vigeſimo primo fundamento cũ vndecim ſequentibus.

706 Sicut nec etiam obtinet, † quando inter partes actum eſt, vt illud, quod ſoluendum ſupereſt per emptorem, ſoluatur ad computum reſidui totius pretij: tunc enim ſumitur interpretatio: vt vna ſit venditio.

ſicuti

ſicuti in terminis reſpondit ſummus ille Vir, cuius omnes vno ore prędicant virtutem, & exactiſsimam iuris ſcientiam, D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſ. 76. nu. 5. verſic. quod maxime lib. 1. Contractus enim recipiunt interpretationem ab eo, quod inter contrahentes conuentum eſt. l. licet, & l. circa, C. de locato, & conduc. Henric. Boi. in c. propter ſterelitatem, in principio, extra eodem, & M. Anton. Eugenius conſilio 86. numero 58. 1. volum.

At ſic eſt in propoſito, vt conſtat ex verbis inſtrumenti, ibi *(quod emptor ſoluat alios Scutos ſex mille pro completa ſolutione dictorum Scutorum viginti ſex mille)* Ergo &c.

707 QVARTO reſpondetur, quod ſtante actus vnitate, † dinumeratio rerum nihil operatur. l. ſancimus, §. ſi quis autem, C. de donat. Bald. in l. illud numero 10. verſic. Bartolus dicit, C. de ſacroſanct. Eccle. vbi ipſum Bartolum allegat in l. Modeſtinus, de donat. qui hoc dicit ſub num. 16. verſic. plus dico.

708 Atque ita declarat † regulam l. ſcire debemus, de verbor. obligat. & aliarum legum, de quibus in eodem tertio argumento mentionem habuimus.

Et Baldus vbi ſupra alio ſimili confirmat, aſſerens, quod dinumera-
709 tio temporum, † facta in eodem actu, nihil operatur.

Ergo nec dinumeratio rerum.

710 Arguendo † de re ad tempus. ex coniunctione † duarum legum. vi-
711 delicet l. ſancimus. §. vltimo, C. de donat. & l. miles ita hæredem, § quę diximus, de milit. teſtam.

Et huiuſmodi reſponſio comprobatur etiam authoritate Felini in c. quæ in Eccleſiarum, numero 87. de conſtit. quem allegat, & ſequitur Becius conſil. 92. num. 17.

Atque idem ſuadetur alio ſimili, nam videmus, quod vbi plures res, ſui natura diuiduę, in vno tantum capite ſententiæ compręhenduntur, indiuiduæ cenſentur. Roma. in l. 1. §. penult. num. 34. de verb. obligat. Rim. iun. conſil. 71. num. 4. 1. volum. Gabriel. ex receptiſsima opinione. conſil. 56. num. 1. & 9. 1. uolum. ut refert, & comprobat Burſat. conſil. 219. num. 9. & duobus ſeq. 2. uolum.

712 QVINTO reſpondetur ſibi non uendicare locum † in contractu, ſeu conuentione indiuidua ex intentione contrahentium. ut, poſt alios, declarat, & probat Pariſ. conſil. 12. num. 74. & ſeq. 2. uolum. Gomezius Tomo 2. var. reſol. c. 10. numero 3.

iunᵭo num. 23. verſic. tertio infero, Eguinarius Baro de diuid. & indiuid. oblig. libr. 1. cap. 6. num. 3. & Bolognet. in l. 4. §. Cato ſub num. 27. & 97. de verbor. oblig.

At illa, de qua agitur, eſt huiuſmodi. vt in decimoquarto fundamento cum quinque ſequentibus, ac quadrageſimo, & quadrageſimo ſeptimo. Ergo &c.

713 SEXTO reſpondetur non procedere, † quando emptor vnam rem ſine alijs empturus non fuiſſet: tunc enim, non obſtante pluralitate rerum, contraᵭus vnus eſſe dicitur. vt præciſe reſpondit Crauetta conſil. 202. ſub num. 13. & vltra eum Deci. conſil. 421. ſub num. 4. & Socin. iun. conſil. 26. num. 10. 1. vol. cum alijs pluribus ſupra memoratis ſub num. 368. & numer. 369. At ſic eſt in caſu noſtro, vt ex multis firmauimus in decimonono fundamento. Ergo &c.

AD QVARTVM.

714 *De l. cum plures, de euictionibus.* †

QVATVOR modis reſpondetur, vt in prima reſponſione, ſecunda, tertia, & quinta tertij argumenti.

QVINTO etiam reſpondetur, quod in caſu illius legis Venditor fecit quod debuit, † quia totam rem tradidit.
715
716 Cuius rei traditione † aᵭio erat extinᵭa:
717 Et † venditor liberatus:
718 Et ob id ſecuta euiᵭione in parte, † non renaſcitur ſeu non reuiuiſcit obligatio in totum.
719 Nec poteſt agi, † niſi quatenus eſt euiᵭum. vt declarant Glo. vltim. ibidem, Bar. in l. ſi quis aliam, num. 3. verſic. vltimo, de ſolut. & vtrobique reliqui omnes, quos ſequitur Burſat. conſil. 176. num. 37. 2. volum. idemque probatur ex l. 1. vbi Glo. Bald. & alij, C. de euiᵭ. l. naue, ff. eodem. & conferunt, quæ ſcribit Fabius Turrettus conſilio 86. num. 28. & 29. 2. volum.

(Quando autem euiᵭa aliqua rei parte, non pro ea tantum, ſed pro tota ipſa re emptor contra venditorem agere poſſit, explicat idem Turrettus ibid. num. 30. & tribus ſeq. & copioſius Burſat. conſ. 370. præcipue num. 31. verſic. ſexto cum ſex num. ſeq. & num. 37. verſic. 2. 4. vol.)

Cęterum in caſu noſtro ſecus eſt. Ergo &c.

AD

AD QVINTVM.

De l. vxorem §. agri plagam, de leg. 3.

720 PRIMO reſpondetur, ex intentione Bartoli conſilio 195. numero 1. verſic. non obſtat, legem illam † loqui in vltimis voluntatibus, hoc eſt in legatis.

721 In quibus fauorabilis † fit interpretatio pro legatario contra hæredem.

722 Cum ipſius hæredis cauſa † lucratiua ſit:

723 Et ſiue totum, ſiue pars apud eum ſit, † ſemper lucratur.

724 Diuerſum eſt, † & aliter obſeruatur in contractibus.

725 Illa † ratione.

726 Quia intereſt contrahentis † ne pars rei tantum apud eum remaneat. l. fundus ille cum ibi not. de contrahen. emp. & hanc reſponſionem ſequitur Ruinus in dicta l. 4. §. Cato, de verbor. oblig. in 2. lect. numero 14. verſiculo, quæ reſponſio, vbi præcisè ita reſpondit ad d. §. agri plagam, & conſil. 82. nume. 6. 1. volum. quo loci affert etiam diuerſitatis rationem.

Et, vltra eum, Bolognet. in d. §. Cato numer. 121. verſic. item ibi, vbi Socinum quoque allegat.

Quibus addo Gomezium, poſt alios ab eo relatos, Tomo 2. var. reſol. cap. 10. ſub num. 23. in ſeptima illatione, verſic. & ita etiam debet intelligi, & hæc reſponſio communiter recepta eſt.

727 SECVNDO reſpondetur, quod hęres ibi iuſſus fuit vendere pretio non determinato, † veluti pro decem, ſed pretio indeterminato, ideſt remiſſo ad arbitrium boni viri.

Secus eſt ſi pretium fuiſſet certum, & determinatum, vt in propoſito.

728 Ratio † differentiæ eſt.

729 Quoniam priore caſu pars † poteſt tantam vtilitatem afferre reſpectu partis, quantam totum reſpectu totius: poſteriore vero caſu non ita. vt explicant, & hac reſponſione in terminis vtuntur Bart. in eodem. §. agri plagam, num. 3. Iaſ. in l. ſtipulationes non diuiduntur, num. 20. in fine, Ruin. num. 39. verſ. non obſtat, Bolognet. paulo ante numer. 121. verſ. nec obſtat dictus. §. de verb. oblig. & Cagnol. in l. 2. num. 102. verſ. ideo Bartolus, C. de pac. inter emp. & vend.

730 Aliter etiam † declaratur dictus §. agri plagam à Ruino conſilio 82. numer. 4. verſic. non obſtat etiam cum duobus numeris ſeq. 1. volum. quem ſequitur Ronchegallus in l. eandem, in principio, numero 81. verſic. inſuper pro intelligentia, de duob. reis.

Et aliter quoque intelligitur à Caballino in tract. diuidui, & indiuidui, par. 3. num. 605. verſic. ita etiam.

Qui ſub eodem numero inſuper declarat illud ſimile de locatore, de quo mentionem habuimus ſupra nume. 28. Dicens, locatorem ipſum poſſe cogere conductorem, qui vult partem emere, ad totum emendum, vel nihil emendum.

TERTIO reſpondetur vt per Apoſtillam ad Iaſonem in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur, numero 20. in fi. ſub litera A.
731 quod ſcilicet in §. Agri plagam † ceſſat ratio, vt emptor, qui totum emere promiſit, partem tantum veriſimiliter empturus non fuiſſet.

Quæ reſponſio comprobatur ex pluribus allegatis ſupra in decimonono fundamento, & per Petrum Gregorium Tholoſanum in Syntagmate iuris vniuerſi, par. 3. lib. 26. cap. 2. num. 15. vbi in ſpecie dictam legem ad hoc nihil pertinere affirmat.

732 QVARTO reſpondetur in ea lege † vnam portionem non eſſe correſpectiuam ad aliam, vt in propoſito. ſicuti oſtenſum eſt in trigeſimo ſexto fundamento, & in prima reſponſione tertij argumenti.

QVINTO reſpondetur ibidem deficere uerba, quæ in noſtro
733 caſu adeſſe reperiuntur: † & ex quibus conſtat manifeſte, quod huiuſmodi contractus eſt indiuiduus, nec pro parte tantum impleri poteſt: ſed uel in totum implendus, uel à toto diſcedendum eſt, ut eſt cumulatiſsime demonſtratum in fundamentis.

SEXTO reſpondetur ſecundum Bolognettum in dicta l. ſtipulationes non diuiduntur, numero 121. vt dictus §. agri plagam nil ad rem faciat in propoſito.

734 Quia ibi † uenditio non erat ſequela alterius contractus emptionis, ita quod intereſſe ſumeret initium ab eo, & primus aliter non fuiſſet factus.

Vt in caſu noſtro, in quo uenditio futura, eſt ſequela præcedentis contra-

contractus promiſsionis emendi & vendendi, quæ proculdubio facta non fuiſſet, ſi emptio & uenditio de omnibus bonis fieri, & in eis effectum ſuum ſortiri non potuiſſet. ut ſuperius in fundamentis ſatis ſuperque probaui. Ergo &c.

AD SEXTVM.

Quod contractus, de quo agitur, quatenus ſit indiuiduus, dici tantum debet indiuiduus, quo ad ſingulos venditores, non autem quo ad omnes. per l. ſi quis legata. §. duobus, & l. cui fundus, de condit. & dem. & per illud ſimile de promiſſione defenſionis.

735 PRIMO reſpondetur contrarium † in terminis noſtris uerius, & receptius eſſe: vt ex ijſdem fundamentis apertiſsime probatur, præcipue, quo ad promiſsionem defenſionis, in quadrageſimo ſecundo fundamento.

736 SECVNDO reſpondetur illas leges † loqui in ultimis uoluntatibus.

737 In quibus † latior ſit interpretatio, quam in contractibus. ca. cum dilecti, de donat. cum alijs in fine octaui fundamenti relatis, & in prima reſponſione quinti argumenti.

TERTIO reſpondetur in illis legibus agi de conditione dandi, adiecta duobus, uel pluribus:

738 Quæ conditio, † enumeratione perſonarum, cenſetur diuiſa. ut expreſſe cautum eſt in d. l. cui fundus, ibi, dum Iabolenus ait.

(Nam quamuis ſumma vniuerſæ conditionis ſit adſcripta, enumeratione tamen perſonarum poteſt videri eſſe diuiſa.

739 At in caſu propoſito non agitur de conditione dandi, ſed † faciendi:

740 Cum ſit in obligatione rem tradi, quæ, † per enumerationem perſonarum, non diuiditur, ſed obligatione, & ſolutione indiuidua eſt. d. l. ſtipulationes non diuiduntur, de uerb. oblig. & hanc eſſe communem opinionem, immo crebriorem:

741 Etiam ſi ſit † in obligatione ex contractu uenditionis. copioſe probauimus in quarto fundamento. Ergo &c.

742 Ratio † autem differentiæ eſt.

743 Quoniam obligatio dandi † ſui natura diuidua eſt:

Obli-

744 Obligatio verò faciendi † indiuidua. l. ſi ſtipulatus 1. §. 1. de ſolut. l. in executione. §. 1. de verb. oblig. & docent omnes Scribentes in l. 4. §. Cato, & in d. l. ſtipulationes non diuiduntur, eodem tit.

Quæ reſponſio in ſpecie quoque probatur.

Tam per l. ſi plures iuncta Glo. penult. C. de condit. inſer.

Quam ex traditionibus Caſtren. in dicta l. cui fundus, numero 3. de condit. & dem. dum contra illum textum opponit de l. fi. C. de condit.
745 inſer. & † reſpondet his verbis.

746 Solue, hic in conditione dandi: cum dare † ſit diuiduum de ſe.

747 Ibi in conditione faciendi: Quia facta † ſunt indiuidua.

748 Et nihil dicitur factum † donec ſupereſt ad agendum.

749 Cum † non habeat formam, qua † datur eſſe rei. l. Iulianus §. penult.
750 ad exhib.

751 Vnde non ſufficit vni facere pro parte, † vt conſequatur ſuam partem legati: ſed debet totum facere: & conſequetur ſuam partem iure ſuo: & partem coniuncti negligentis per ius accreſcendi. vt ibi not. per Cynum.

Factum enim ex ſui perfecta conſummatione recipit formam. l. ſi is qui cccc. §. quædam, ad leg. fal. Rimin. iun. conſil. 398. num. 12. 4. volum. & alij ſupra num. 153. cum num. præced. allegati.

752 QVARTO reſpondetur diſpoſitionem dictarum legum non habere locum, † quando ſequeretur abſurdum, & inconueniens: veluti ſi plures perſonæ, quæ aliquid implere tenentur, vniformiter non implerent, ſed diformiter: hoc eſt partim per traditionem rei, & partim per ſolutionem pecunię ſeu intereſſe. vt præciſe contingeret hoc in caſu.

Et huiuſmodi reſponſio deſumitur ex l. ſi ex toto §. vltimo, de leg. 1. inducendo vt in octauo fundamento, & apertius ex l. in executione. §. pro parte, de verbor. oblig. & in trigeſimo octauo fundamento copioſe deduxi.

753 QVINTO reſpondetur nec etiam obtinere, † quando ex verbis prolatis apparet, illos plures pro vno haberi: vel in ſolidum teneri. vt in propoſito, ſicut abunde, pleneque probatum eſt in fundamentis. præcipue in quinto, nono, cum quatuor ſequen. decimo octauo, vigeſimo, trigeſimo ſexto, & trigeſimo nono, cum nouem ſeq. & quinquageſimo ſexto, & infra in quarta reſponſione octaui argumenti, verſic. & etiam.

SEX-

754 SEXTO reſpondetur non procedere † in contractu venditionis, ſeu promiſsionis vendendi, factæ à pluribus vni tantum. vt in tertio fundamento, quarto, quinquageſimo primo, & quinquageſimo ſecundo cum ſeq. & alibi.

AD SEPTIMVM.

De indiuiduis non deſcendentibus ex cauſa hæreditaria.

755 PRIMO reſpondetur habere locum in eo, † ad quod plures tenentur ex diſpoſitione legis.

756 Et in his terminis loquuntur, † & procedunt dicta l. vlt. ad Syllan. & l. de pupillo, §. ſi plurium de oper. no. nunt. & authoritates in contrarium allegatæ.

757 Diuerſum eſt † vbi ex ſua promiſsione, vel contractu in ſolidum tenentur. vt in caſu noſtro. ſicuti planum fecimus in fundamentis. præcipue in tertio, quarto, nono, decimo, cum vndecim ſeq. trigeſimo ſexto, quadrageſimo, & quadrageſimo ſecundo cum quatuor ſeq.

758 Quo fit, vt mirum non ſit, † ſi priore caſu factum vnius non nocet a-
759 lijs: poſteriore verò caſu † nocet. & ita in ſpecie reſpondendo declarat Bart. in dicto §. Cato ſub num. 6. in quarta oppoſitione. & cum eius declaratione tranſeunt omnes ibidem, & Caſtrenſis, & Iaſon alibi, vt aſſerit, & eos refert Hormanoct. Decius eodem in loco, num. 346.

760 Ratio † eſt.

761 Quia pęna legalis, † (de qua in d. l. vltima, & in dicto §. ſi plurium) non egreditur delinquentem, ſed ſuos tantum tenet authores. l. ſancimus vbi Glo. ultima, plurimas alias leges allegat, Ç. de pęnis.

762 Secus eſt † in actibus conuentionalibus.

763 Et ratio † rationis eſt.

764 Tum quia primo caſu nil eſt imputandum illi, † qui non contraue-
765 nit: ſecundo uero caſu eſt, † quod ei imputetur.

766 Quia uoluntarie † incidit in obligationem. iuxta regulam l. ſicut, Ç. de actio. & oblig. l. ſi fideiuſſor, §. ſi neceſſaria, & l. de die ff. ultimo, qui ſatis cog.

767 Tum etiam quoniam mitius agitur † cum lege, quam cum homine. l. Celſus iuncta Glo. 1. de recep. arbit. cum alijs in trigeſimo octauo fundamento relatis. ubi hoc idem alia ratione comprobaui.

768 SECVNDO reſpondetur non procedere † in contractu celebrato ſub tacita conditione, vt eſt ille, de quo agitur. ex adductis in quinto fundamento.

769 TERTIO reſpondetur, nec etiam habere locum † in contractu venditionis, ſeu promiſsionis vendendi, vnico pretio celebrato; vt in caſu noſtro: tunc enim factum vnius ex venditoribus, vel promiſſoribus nocet alijs. vt oſtenſum eſt in tertio fundamento, quarto, vigeſimo primo, quinquageſimo primo cum duobus ſequen. quinquageſimo quinto, & alibi.

AD OCTAVVM.

Quod in contractibus nominatis non ſit locus reſolutioni ſub prætextu contrauentionis; ſed agendum ſit ad implementum, vel ad intereſſe.

770 PRIMO reſpondetur non obtinere † in contractu conditionali, cuius conditionis euentus per contrauentionem impeditur.

771 Quia conditione † non purificata, ſeu non eueniente, reſoluitur: & perinde eſt, ac ſi celebratus non eſſet. l. neceſſario §. 1. de peric. & commod. rei vend. cum pluribus ſimilibus allegatis in quinto fundamento.

At ſic eſt in propoſito, vt ibidem demonſtratum eſt. Ergo &c.

772 SECVNDO reſpondetur ſibi non uendicare locum † quando per contrauentionem, ſeu per illud, quod non eſt obſeruatum, deficit cauſa finalis contractus; vt in eo, de quo agitur: tunc enim contractus ipſe prorſus vitiatur, & redditur nullus, vel reſcindi poteſt, etiam per viam actionis. vt uberrime probatum eſt in nono fundamento, decimo, decimonono, & uigeſimo ſexto.

Et diffuſe tradunt Crauet. conſil. 192. num. 22. & conſil. 246. num. 2. D. Cephal. conſil. 674. num. 67. 5. uolum. Franciſ. Beci. conſilio 45. nume. 2. & 29. & Emanuel Soarez in Theſauro recep. ſent. litera C. numer. 302. ubi hoc commune interpretum placitum atteſtatur, poſt Alexandrum, Socinum, Iaſonem, Corneum, Curtium, Baldum Nouellum, Afflictum, & Pinellum, quos commemorat.

773 TERTIO reſpondetur, vt in † quarta reſponſione ſexti argumenti.

QVARTO reſpondetur, adducta in contrarium procedere,
774 † quando contractus iam perfectè fuit executus, per traditionem rei venditæ:

775 Tunc enim venditori † rem traditam repetere non licet, ſub prætextu, quòd pretium per emptorem ſibi non ſoluatur, ſed ad ipſum pretium, & ad intereſſe agendum eſt. vt in terminis probat l. inciuile, C. de rei vendic. & ibi Bald. Salicet. & alij in principio, Natta conſilio 219. numero 5. 1. volumine, vbi etiam gloſſam, Cynum, & Caſtrenſem allegat.

His addo Felinum in cap. peruenit, verſiculo tertius caſus, de iureiur. Ruinum conſilio 128. ad finem 5. volum. Corneum Alexandrum, Decium, Lancelottum eius fratrem, Riminaldum, & Alciatum, quos refert, & ſequitur Becius conſ. 45. num. 35. & 36. idem reſpondit Panцirol. conſ. 73. num. 7. & 8. 1. volum.

776 Et ideo, ſi emptori promittat ſoluere pretium infra annum à die contractus, non currit annus, niſi prius res à venditore perfecte tradatur.
777 Quia † poſt illa uerba (*à die contractus*) ſubintelligitur, & perfectæ traditionis, ac implementi per uenditorem: quod implementum
778 † ſolutionem præcedere debet. vt notabiliter firmarunt Bar. in l. ſi cui legetur, num. 5. de leg. 1. Bald. Salicet. & Imol. de quibus mentionem faciunt, idemque concludunt Aret. conſil. 94. nume. 8. Corneus, aſſerens cum hac Theorica legentes tranſire, conſ. 245. ſub num. 6. 4. vol. Rui. conſil. 63. num. 1. 5. volum. Paſethus conſil. 173. num. 12. verſic. quinimo, & num. 13. & Caballi. in tract. diuidui, & indiuidui, par. 2. 2. par. ſub num. 249. verſic. ſexto.

Vbi etiam cum duobus numeris præced. & tribus ſeq. nouem enumerat caſus ſeu modos, quibus non tenetur quis partem debiti, etiam diuidui, recipere.

In caſu autem noſtro contractus, per traditionem rei vendi promiſſæ, perfectè executus non fuit; nec exequi poteſt, vt conuentum eſt. Merito ſi reſolutioni in totum debet ſubiacere. ex adductis in tertio fundamento, quarto, & alijs.

779 Et etiam quia ij, qui ex ſuo contractu, vel auctoris ſui † tradere tenentur, inſolidum tenentur. d. l. ſtipulationes non diuiduntur, de verb. obligat.

780 Ratio † eſt.

Quia

781 Quia videtur ſtipulator † effectum integralem traditionis conſideraſſe: vnde niſi integrum ſolueretur, haberet intereſſe pro parte, quod eſt inconueniens. l. in executione. §. pro parte, eodem tit. vt tradit Alciat. in l. 4. §. Cato, num. 55. ipſomet tit. de verb. oblig. poſt Bartolum, quem recenſet.

782 Et ſubdit idem eſſe † in eo, qui tenetur ad tradēdum actione ex vendito. iuxta l. ex empto, de acti. emp. nam & ipſe in ſolidum tenetur.

783 Ea † etiam ratione.

784 Quia indiuiſa † eſt natura venditionis.

785 Et hoc † ex eo, quoniam non eſt veriſimile, quod emptor pro parte emiſſet. l. cum ex cauſa, de verbor. obligat. idem ego ex pluribus comprobaui in tertio fundamento, quarto, & decimo nono.

Quibus addo, quod in contractibus debet illa fieri interpretatio, quam veriſimiliter contrahentes interrogati feciſſent. vt ex Glo. in l. tale pactum. §. fi. de pac. (quam Baldus ibi ante numer. 1. in 2. not. dicit procedere etiam in contractibus) reſpondit, & comprobat Deci. conſil. 697. num. 8. & 9. ſequitur D. Decianus, eundem Baldum alijs in locis, & alios allegans, conſil. 41. num. 101. primo volum. & conſil. 29. num. 43. 2. volum.

Et hæc interpretatio efficaciſsima eſt. vt aſſerit idem D. Decian. conſil. 7. num. 34. in fine, & 35. 1. volum.

QVINTO reſpondetur, quod contraria poſſent habere locum
786 † agendo, ideſt, quo ad conſequendum actionem ad repetendum data: non autem excipiendo contra agentem ex contractu, quem non obſeruauit.

787 Ratio † eſt.

788 Quoniam ope exceptionis † indiſtinctè reſoluitur contractus nominatus. vt præciſè, ita declarando, reſpondit Beci. dicto conſilio 45. numero 37. verſic. quarto, & numero 38. & 41. qui allegat Crauettam conſilio 192. numero 22. conſil. 246. num. 2. & conſilio 248. Alciatum conſil. 108. numer. 5. Corneum, & Riminaldum alijs in locis idem firmantes. quos etiam nouiſsime ſequitur Surdus deciſ. Senat. Mantu. 220. num. 17. in fine, & 18.

789 SEXTO reſpondetur non procedere † in eo, cui eſt facta promiſſio vendendi: vt hic, ſicuti eſt probatum in primo fundamento.

Cui accedit pro confirmatione, quod ſcribit Bero. conſilio 15. numero 17. 3. volum.

SEPTI-

790 SEPTIMO reſpondetur ex ijs,† quæ in ſecundo fundamento dicta ſunt.

AD NONVM.

De minori defectu traditionis rei venditæ, quam ſit dimidia, vt, ob id, emptori non liceat ab emptione diſcedere. per l. domum, de contrahen. empt.

791 PRIMO reſpondetur non habere locum † in venditione conditionali. Nam, deficiente qualibet eius parte, deficit in totum. vt ad plenum demonſtratum eſt in quinto fundamento.

792 SECVNDO reſpondetur ei locum non eſſe, † quando vna pars rei venditæ, ſeu vendi promiſſæ eſt correſpectiua ad aliam: vt in propoſito. quia ſi pro parte deeſt, corruit in totum. vt in trigeſimo ſexto fundamento cumulate probauimus, & in prima reſponſione tertij argumenti.

793 TERTIO reſpondetur, vt † per Accurſium in l. ſi duos in Glo. vltima, in fine, eodem tit. de contrahenda emptione.

794 QVARTO reſpondetur, vt † per Becium conſilio 45. num. 40. verſic. non etiam, & num. 41 iuncto num. 2. verſic. vel quando.

795 QVINTO reſpondetur dictam l. domum † loqui de re, vel parte rei venditæ, quæ non extat; cum mentionem faciat de domo exuſta.

In caſu autem noſtro illa octaua pars, quæ tradita non eſt, extat, licet vendi non poſsit.

Ergo aliarum ſeptem partium traditio non ſufficit. vt in tertio fundamento, & quarto, & alibi oſtenſum eſt.

796 SEXTO reſpondetur, quod ibi agitur de venditione: † hic vero de promiſsione vendendi; à qua emptori ſeu ei, cui facta eſt huiuſmodi promiſsio, recedere licet: & quæ facilius diſſoluitur, quam venditio. vt expoſuimus in primo fundamento.

797 SEPTIMO reſpondetur procedere in venditione ſimpliciter cōcepta, † non autem verbis vniuerſalibus: vt eſt promiſsio vendendi, de qua ſermonem habemus.

O Ratio

798 Ratio † differentiæ colligitur ex adductis in decimo octauo fundamento.

OCTAVO reſpondetur, quod etſi tantum octaua pars deficiat,
799 † omnia tamen bona, vendi promiſſa, deficere cenſentur.

Tum ex intentione contrahentium: ex quo vnam partem ſine alijs, nec venditores vendere, nec emptor emere promiſiſſent. vt in ſexto fundamento, nono cum decem ſequentibus, trigeſimo tertio, trigeſimo ſexto, verſic. ergo, & infra in tertia reſponſione duodecimi argumenti, & alibi.

Tum etiam, quia omnes promiſſores ſunt in ſolidum obligati. ex ijs, quæ diximus in quadrageſimo ſecundo fundamento cum tribus ſeq. & alibi.

800 Idemque comprobatur, conſiderando † cōiunctionem reſpectu eiuſdem effectus: quæ operatur, vt habeantur loco vnius. ex traditionibus Bartoli in l. ſcire debemus numero 2. de verbor. obligat.

Et propterea, textus in dicta l. domum, de contrahen. empt. in oppoſitum retorquetur.

801 Cum ibi expreſſe cautum ſit, deficiente tota re vendita, † vel ampliore eius parte, emptorem non eſſe compellendum emptionem perfi-
802 cere; ſed † pecuniam ſolutam repetere poſſe.

Et huiuſmodi retorquutio optime comprobatur ex dicta l. ſi duos, eodem titu.

AD DECIMVM.

De obligatione rem tradi ex contractu emptionis; quod ſit diuidua obligatione, & indiuidua ſolutione, ex ſententia Ruini in dicto §. Cato. Et quod, ob id, vno ex promiſſoribus, tanquam pro virili obligatis, portionem ſuam non tradente, alijs, pro parte ſua implentibus, præiudicium inferri non debet.

Cum præſertim pars pretij ſit ſoluta, ob quam ſolutionem, perfecta videtur venditio; ita vt, niſi de conſenſu vtriuſque partis, ab ea diſcedere non liceat.

PRIMO ad primam partem argumenti reſpondetur, ſenten-
803 tiam Ruini, † & ſequatium, nec veram, nec receptam eſſe; ſed communiter reprobatam. vt ex pluribus oſtendimus in quarto fundamen-

damento, verſiculo cum obligatio, & in quinquageſimo ſecundo, & quinquageſimo tertio.

804 SECVNDO reſpondetur, quod ſi eſt indiuidua ſolutione, ergo † pro parte tantum res vendi promiſſa, vendi non poteſt, ſed in totum vendenda eſt: quia emptor veriſimiliter partem non fuiſſet empturus. vt in terminis tradit ipſe Ruinus in eodem. §. Cato, in 2. lect. numero 14. verſiculo nam licet, vbi etiam Bartolum allegat, idem reſponderunt Curti. iun. conſilio 74. ſub numero 2. & Surdus conſilio 13. numero 23. præcipue in verſiculo, & ſubdit, 1. volumine, quo loci eundem Curtium, Ruinum, Beroium, & Alciatum eiuſdem ſententiæ recenſet. quę comprobatur ex pluribus à me in decimo nono fundamento allegatis.

TERTIO reſpondetur, eſto etiam, quod obligatio rem tradi ex ſui natura eſſet omni reſpectu diuidua; ideſt tam obligatione, quàm ſolutione: (prout non eſt) adhuc in noſtro caſu, † ex
805 intentione contrahentium, & ex claris verbis inſtrumenti, vtroque modo indiuidua cenſetur. vt copioſiſsime in fundamentis demonſtratum eſt. præcipue in quinto, ſexto, nono, cum duodecim ſequentibus, trigeſimo tertio, trigeſimo ſexto, trigeſimo ſeptimo, trigeſimo nono, cum ſeptem ſequentibus, & quinquageſimo tertio, cum tribus ſequentibus.

806 Non enim ambigendum eſt, quin etiam ea, † quæ ſui natura diuiſibilia ſunt, ratione perſonarum, vel rerum; efficiantur indiuidua ex intentione contrahentium. vt liquet ex authoritatibus in decimo quinto fundamento relatis. atque idem comprobant Petrus Moncada in add. ad Gozadinum in l. 2. numer. 131. C. de pact. inter empt. & vendit. & Burſatus, Bartolum etiam, & Ronchegallum allegans, conſilio 176. numero 32. 2. volumine, & alij à me relati conſil. 29. numero 166. & ſequen. 4. volum.

807 Addo rationem † illam eſſe, quam conſulendo in quadam ardua cauſa Brixienſi, & in terminis emptionis, & venditionis, poſt gloſſam, Imolam, Alexandrum, & alios, ponit Eximius ille Vir, qui ſemper in recta ſententia ſibi conſtat, & cuius virtus, iuriſque ſcientia ſupra hominum morem fuit, & longe clariſsima, D. SYLVESTER ALDOBRANDINVS conſil. 76. numero 1. verſic. & non eſt dubium, cum num. ſeq. lib. 1.

808 Quia contractus † ex conuentione legem accipiunt. l. prima, §. ſi con-

ueniat; depoſiti, l. contractus, de reg. iur. Roman. conſil. 475. ſub numero 8. Felin. conſilio 25. ſub numero 12. Afflict. deciſ. 293. numero 3. Ozerius in procemio inſtit. ſub num. 2. Rolan. à Val. conſil. 92. numero 14. 2. volum. Rota Genuenſ. deciſ. 14. ſub num. 8. & 9. & deciſ. 97. num. 2. Magonius deciſ. Rotæ Florentinæ 62. numero 7. Surdus deciſ. Senat. Mantu. 260. num. 13.

809 Et naturam † mutant. l. in emptionibus, de pact. Afflict. deciſ. 91. numero 14. cum pluribus alijs, quibus ita reſpondit D. Cephal. conſil. 199. num. 13. 2. volum. Beci. conſil. 94. numero 28. Surdus loco præallegato, Petr. Santer. de aſſecur. & ſponſ. mercat. par. 3. num. 44. Medices de compenſat. quæſtio. 16. numero 2. Anton. de Roſel. de vſuris num. 59. Moron. de fide treug. & pace, quæſt. 78. num. 1. Guliel. Zanet. de iure feud. cap. 6. Curti. de feudis, quæſt. 6. cap. 7. numer. 20. Didac. uar. reſol. libr. 2. capit. 17. Hier. Magonius deciſ. Rotæ Florent. 117. numero 47.

810 Hinc eſt, quod quamuis pecunia † ſit diuidua omni reſpectu. l. 2. §. & harum, vbi Gloſ. & cęteri omnes, præcipue Iaſ. num. 9. qui alias leges idem probantes allegat, de verb. obligat. Ant. Gomez. ex communi, de contract. cap. 10. num. 2. verſic. præterea proſequendo, iuncto num. 3. Franciſ. Balduinus de diuiſ. ſtipul. pag. 297. verſic. in quantitate, & pag. 298. verſic. hæ ſtipulatio.

Et idem ego ſcripſi conſilio 16. numero 84. 1. volum. ex l. in executione in principio, de verb. oblig.

Nihilominus, ſi promiſsio, vel obligatio pecuniæ ordinetur ad factum; vt quia promittatur, vel legetur pro aliquo facto, vel opere fa-
811 ciendo; huiuſmodi † obligatio pecuniæ erit indiuidua, ſicut ipſummet factum; reſpectu cuius promiſſa, vel legata fuit, ex notabili reſponſo Vlpiani in l. fideicommiſſa, ſ. ſi in opere, de leg. 3. vt perpendunt Angelus, Imola, & Caſtrenſis in l. in executione. ſ. 1. de verborum obligationibus.

Et, vltra eos, Alexander, & Iaſon in dicto §. & harum ille numero 5. iſte numero 10. verſicu. limita iſtam regulam, vbi etiam gloſſam allegat, idemque concludit Gomezius dicto ca. 10. num. 23. in tertia illatione, reiecta ſententia eorum, qui aliter opinantur.

Sic etiam actus habitandi eſt indiuiduus: & pro parte expediri non poteſt. Ruin. conſil. 65. numero 7. 5. volum. Ronchegal. in l. eandem in princip. num. 127. de duob. reis. Ant. Gomez. de contract. cap. 3. numero 14. verſiculo, quia habitatio, & Magonius deciſ. Rotæ Lucenſ. 97. numero 9.

Quia

Quia (vt eo loci ipſe Magonius ſcribit numero 10. & ante eum Caballinus in tract. diuidui, & indiuidui, par. 3. num. 48.) reſpicit indigentiam perſonæ, quæ indiuidua eſt.

Declaratur ibidem remiſſiue, in verſiculo, quæ etiam.

Fieri.

Fieri, & non perfecte, vt decet, vel aliquid non fieri, paria ſunt. numero 3 7 2. verſic. cum paria.

Fieri actus quando dicatur eſſe in fieri; & an facilius diſſoluatur, quando eſt in fieri, quam iam in eſſe deductus? vide in verbo Actus.

Filius.

Filiorum fauore contractus poteſt claudicare. num. 4 0 0. verſic. qui inſuper.

Filijs: ſi conceſſa ſit domus in feudum per Prælatũ alicui, recipienti pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, quę tamen erat ſolita infeudari tantũ pro maſculis, an cen-

ſeatur conceßio diuidua, & valeat, quo ad maſculos, vel vitietur in totum? vide in verbo Domus.

Finalis.

Finalis cauſa contractus, & cuiuslibet alterius diſpoſitionis quid ſit:
Quæ finalis præſumatur:
Ex quibus colligatur:
Quid comprehendat:
Quam prærogatiuam habeat:
Quibus præferatur:
Quos effectus producat:
Quando deficere cenſeatur:
Quidque ex eius defectu ſequatur, copioſe declaratur in uerbo Cauſa.

Finalis præſumitur ratio naturalis, quamuis non ſit expreſſa. num. 429. verſic. & præſumitur.

Finis.

Finis & effectus vnitas quid operetur, vide in verbo Actus.

Finis vnus eſt omnium connexorum, inſpecta perfectione. nu. 275. verſic. & quæ.

Finis primus eſt in intentione, & vltimus in executione. nu. 249. verſ. ac prima.

Finem: promiſſio an ſit interpretanda ſecũdum finem, ad quem principaliter fuit ordinata? vide in verbo Promiſſio.

Finem: quando duæ cauſę connexæ ſunt ad eundem finem an requiratur concurſus omnium? vide in verbo Connexus.

Finem: quando duo contractus tendunt ad eundem finem, an pro vno habeantur? vide in verbo Duo.

Finem: quando cauſa eſt finalis, an nobilior cenſeatur omnibus, quæ ſunt ad finem. vide in verbo Cauſa.

Finem: omnis agens agit propter finem. numero 249. verſiculo cum omnis.

Firmus.

Firmum, præciſum, immobile nil adeo eſt, quin ſemper intelligatur rebus ſic ſe habentibus. num. 291. verſic. vbi alios. de ratione eodem num. in princ. & verſic. quia veriſimile.

Fœmina.

Fœminarum mẽtio facta in conceſſione feudi, ſoliti concedi tantum pro maſculis, an operetur nullitatem totius conceſſionis, vel ſaltem valeat quo ad maſculos? vide in verbo Feudum.

Fons.

Fons omnium cauſarum eſt cauſa finalis. numero 249. verſic. & eſt fons.

Forma.

Forma contractus ex integritate conſiſtit. num. 119.

Et illum indiuiduum reddit. nume. 120.

Forma contractus non ſeruatur ab eo, qui contractui contrauenit. 118.

Forma, & ſubſtantia actus vocatur cauſa finalis. num. 249. verſic. & ipſa.

Forma eſt induidua, & de genere indiuiſibilium. ſub numero 120. & 176. verſiculo dicens.

Et etiam materia, ex qua formam actus recipit. ſub eodem num. de ratione ibidem.

Forma dat eſſe rei. num. 750.

Forma materia carere non poteſt. nu. 120. verſic. & non ſolum.

Forma cõtractus eſt immutabilis. nu. 131.

Eique nil addi, vel detrahi poteſt. nu. 132.

Ampliatur duobus numeris ſeq.

Formæ contractus quãdo aliquid additur, vel

vel detrahitur, quid ſequatur, vide in verbo Contractus,

Formæ partem qui facit, nihil feciſſe videtur. ex communi nume. 154. iuncto nu. 179. cum ſeq. & nu. 131. cum ſeq. & num. 151. & 748. cum ſeq.

Formæ defectus quid operetur. vide in verbo Defectus.

Formam an reſpiciat factum ex ſui perfecta conſumatione? vide in uerbo Factũ.

Formam inducit cõditio, quæ indiuidua eſt, cui nec addi, nec detrahi poteſt. numero 176. verſic. dicens.

Franciſcus.

FRANCISCVS MANTICA CARDINALIS laudatur. ſub nume. 123. 210. 224. 248. 249. 276. 284. 293. 429. 471. 578. 580. 592. 593. 622. 645. & 830.

FRANCISCVS MARTINENGVS Comes Malpaghæ, Produx Sabaudiæ, &c. laudatur. in princ. & ante numerum 1. verſic. tum vt morem.

Franciſci Aretini dictum in l. 2. §. ex his in fine, de verb. oblig. quod ſicut obligatio ſimplex diuiditur inter hæredes quo ad actionem perſonalem paſſiue; ita etiã diuidatur quo ad hypothecam. eſt falſiſſimum, ſecundum Caballinum. nu. 306. verſic. exiſtimantis.

Fraus.

Fraus eſt indiuidua. num. 377. verſiculo, cum & ipſe.

Fructus.

Fructus mobilium appellatione continẽtur: nume. 353.

Fructibus: prædium venditum cum debitis aliquot annorum fructibus, qui gentilitio iure ſibi redhiberi petit, an poßit ſine fructibus redhibere? vide in verbo Prædium.

Fundamentum.

Fundamentum conuentionis eſt cauſa ipſius conuentionis: maxime quãdo eſt expreſſa. num. 243. verſic. cauſa enim.

Fundus.

Fundus ſi ſit communis duobus, vel pluribus, & vnus eorũ, vel maior pars uult locare, alius non, uel certo modo, & pretio, aut certæ perſonæ locare alius vero non, cuius contractus, vel cuius voluntas ſit attendenda, & qui modus in hoc debeat adhiberi ſecundum diuerſitatem caſuum. vide in verbo Duo.

Fundis: in fundis vna conceſſis an lex prohibeat retrahi fertiles, ſine ſterilibus? vide in verbo Lex.

Reliqua vide in verbo Prædium.

Fundatus.

Fundata intentio alicuius, quando dicatur vide in verbo Intentio.

Funiculus.

Funiculus duplex, aut triplex difficilius rumpitur. num. 662.

Gabella.

Gabella ſi ſit ſoluenda de qualibet venditione, ex diſpoſitione ſtatuti, an etiam ſolui debeat de pacto, ſeu promiſſione, de vendendo? vide in verbo Statutum.

Quid ſi ſolui debeat de omni contractu, an de reſolutione contractus ſoluenda erit?

erit? vide ibidem.

Gabella ſi ſit ſoluta tanquam pro vno contractu, vnicus cenſetur contractus.nu. 491.de ratione num. ſeq.

Gabellæ plures ſolui debent, quando plures ſunt contractus: quãuis ſint comprehenſi in eodem inſtrumento. ex communi. nume. 493.

Geminatus.

Geminata etiam ſi ſint verba, an nihilominus interpretanda, & reſtringenda ſunt ne ſequatur inconueniens, et abſurdum. vide in dictione Verba.

Generalis.

Generalis eſt ad totum contractum, & in ipſum vniuerſum influit ratio pactorum ſeruandorum.nume. 247.

Generalis diſpoſitio quibus in caſibus reſtringatur, vel non. vide in verbo Diſpoſitio.

Generalitas.

Generalitas ſermonis arguit contrahentes vnum tantum contractum venditionis celebrare voluiſſe.nume. 313.

Generalitas reſtringitur ex natura contractus.num. 574. verſic.vbi præterea.

Et in alijs caſibus, de quibus remiſſiue ibidem verſiculis ſequen. & in uerbo Diſpoſitio.

Generaliter.

Generaliter loquentia ſtatuta quomodo ſint intelligẽda, & quibus in caſibus reſtringenda. vide in verbo Statutum.

Generatio.

Generationem vſque in quartam ſi conceſſa ſit Emphyteuſis Eccleſiaſtica, vnica conceſſio cenſetur, & indiuidua: quæ reſoluitur, ſeu uitiatur in totum, ſi ſoluta ſit concedi tantum uſque in tertiam.

Secus eſt ſi conceſſa ſit uſque in tertiam, & quartam generationem: quia tunc eſt diuidua, & plures intelliguntur facta cõceſſiones. ex communi.num. 331.uerſic. Eccleſiaſticam, & uerſic.ſubdens.

Genus.

Genera indiuiduorum ſunt plura, & quæ ſint, copioſe declaratur in verbo Indiuiduus.

Geſta.

Geſta per tutorem, quando non valeant. vide in verbo Tutor.

Grauari.

Grauari an poſſit debitor in obligationibus factis poſt moram in plus, quam ſtipulatoris interſit? vide in verbo Debitor.

Grauatus.

Grauatus vendere fundum duobus, ſi vnus partem ſuam emere uelit, alter vero nõ, illi emere volenti partem ſuam vendere tenetur. num. 26.

Declaratur num. 720. vſque ad numerum 734. incluſiuè.

Habitandi.

Habitandi actus eſt indiuiduus, & pro parte expediri non poteſt.num. 811.verſ.ſic etiam, de ratione ibidem.

Et reſpicit indigentiam perſonę.ibidem.

Habitus.

Habitus, & priuatio eiuſdem ſunt naturæ. num. 638.

Hæ-

Hæres.

Hæres grauatus à teſtatore vendere fundũ duobus, ſi vnus partem ſuam emere velit, alter vero non, illi emere volenti partem ſuam vendere tenetur. num. 26.

Declaratur num. 720. vſque ad numerum 734. incluſiuè.

Hæres inuitus non debet partem pecuniæ, & partem mancipiorum, quando Teſtator octo ſeruos, aut pro omnibus certam pecuniam legauit. num. 205. de ratione nume. ſequenti.

Hæres unus ex pluribus hæredibus Emphyteutæ, qui plures res vno pretio in Emphyteuſim accepit, ſi partem ſuam tãtum alienet, an nihilominus tota res incidat in commiſſum? vide in verbo Emphyteuta.

Quid ſi vnus partem ſuam Canonis ſoluat, alij vero per triennium ſoluere omittant an res incidat in commiſſum in totum ac ſi nullus ſoluiſſet? vide ibidem.

*Hęres unus ex pluribus uenditoris, qui plures res vendidit vnico pretio cum pacto de retrouendendo, non poteſt pro ſua parte, & portione hæreditaria redimere. ex * communi. num. 351.*

Hæres vnus ex pluribus hæredibus debitoris, qui pignus pro debito creditori ſuo tradiderat, etſi velit ſoluere partem debiti pro portione ſua hęreditaria, non tamen poteſt conſequi portionem ſuam pignoris, niſi totum debitũ offerat, & ſoluat. num. 357.

Hæres vnus ex pluribus hæredibus emptoris, qui fundum ea lege emit, vt ſoluta pecunia traderetur ei poſſeſſio, non poteſt ſoluendo partem ſuam pecuniæ, ad partẽ fundi ex empto cum uenditore agere. nu. 175. de ratione num. ſeq.

*Hæres unus ex pluribus tenetur inſolidum, & conuenitur in factis indiuiduis à de- * functo promiſſis. ex ſententia omnium. num. 344. verſic. & hæredum.*

Hæres ſemper lucratur, ſiue totum, ſiue pars apud eum ſit. num. 723.

Et eius cauſa lucratiua eſt. num. 722.

Et contra eum ad fauorem Legatarij Legatum interpretandum eſt. num. 721.

Hæredi emptoris quæ actio competat, ut ſibi fiat actualis rei emptæ traditio. vide in uerbo Actio.

Et an ei multo magis competat exceptio? uide in uerbo Exceptio.

Hæredes plures uenditoris inſolidum tenentur emptorem defendere. num. 465.

Hæredes plures unius debitoris, qui ſub conditione aliquid ſoluere promiſit, inſolidum tenentur. num. 173. cum num. pręced. de ratione num. 171. cum præced.

*Declaratur procedere ubi ius implendi conditionem ad hæredes tranſmittitur. ex * communi. num. 174.*

Hæredes: inter hæredes diuiditur ſimplex obligatio, quo ad actionem perſonalem, paſſiue. num. 306. uerſic. exiſtimantis.

An autem diuidatur etiam quo ad hypothecam? ibidem declaratur, & in uerbo Hypotheca.

Hieronymus.

HIERONYMVS DE RVERE CARDINALIS Conſanguineus Auctoris laudatur. nume. 551. uerſic. quamobrem.

Homo.

Hominis hypotheca eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. nume. 306. verſiculo addo etiam.

Hominis diſpoſitione quod debetur an, & in quo

in quo differat ab eo, quod debetur ex diſpoſitione legis. vide num. 406. cũ præced. & decem ſeq.

Et an mitius agatur cum lege, quam cũ homine? vide in verbo Mitius.

Hominis præſumptio, quando tollat, & perimat prçſumptionem legis. vide in verbo Præſumptio.

Homine: reſtringitur vniuerſalis, etiam ab homine prolata, abſurdi euitandi cauſa. num. 584. & 585.

Hominum: in negocijs hominum, an pluralitas præſumatur; etiam ſi adſit diuerſitas ſummarum, vel ſcripturarũ, & plura extent inſtrumenta? vide in verbo Pluralitas.

Hormanoctius.

Hormanoctij Deti, et ſequatium opinio in l. 4. §. Cato ſub num. 222. exiſtimantiũ Rem tradi, quando eſt in obligatione ex contractu emptionis, diuiduam eſſe obligatione, & indiuiduam ſolutione: eſt cõmuniter reprobata. num. 143. vſque ad numerum 161. & nume. 522. vſque ad numerum 532. & nume. 803.

Et, quatenus uera eſſet, declaratur nu. 804. vſque ad numerum 813.

Hypotheca.

Hypotheca omnis, ſiue legalis, ſiue hominis, eſt tota in toto, & in qualibet parte. nu. 306. verſ. addo etiam.

Hypotheca ſublata, an etiam conſtitutũ poſſeſſorium, hypothecæ bonorum adiectũ, reſolutum cenſeatur? num. 555. remiſſiue declaratur, in verſic. an autem.

Hypotheca non diuiditur inter hæredes. ſecundum Gaſparem Caballinum, reiecta ſententia Aretini, contrarium firmãtis nu. 306. verſ. exiſtimantis cũ verſ. ſeq. de ratione ibidem, verſ. & rationem.

Hypotheca ius eſt indiuiduum, licet res hypothecatæ ſint diuiduæ. num. 306.

Præcipue ſi bona obligata poſſideantur pro communi, & indiuiſo. nu. 307.

Et remanet indiuiſum tam actiue, quã paſſiue. num. 306. verſ. & in tertia. de ratione ibidem, verſ. & rationem.

Ampliatur dupliciter remiſſiue eodem in loco. verſic. & numero.

Hypothecæ omnes, factæ per emptorem, vel alios quoſcunque, reſoluuntur, reſoluta vẽditione uirtute pacti de retrouendẽdo.

Neque poſſunt nocere uenditori, aut eius ſucceſſoribus. nu. 555. verſ. qua ratione, et verſ. neque. de ratione verſic. præced.

Idem.

IDem eſt iudicium connexorum. num. 276.

Idem corpus intelligitur, quod venit ad perfectionẽ alterius. numero 223.

Idẽ ius quando in vno debeat ſeruari, quod in alio eſt ſtatutum. vide in verbo Ius, & in verbo Statutum.

Idem effectus quid operetur in pluribus capitulis, factis diuerſo tempore. vide in verbo Capitulum.

Identitas.

Identitas præſumitur in dubio, niſi contrarium probetur. num. 654.

Ignis.

Ignis eſt cauſa ardoris. nu. 231. in fine.

Ignorantia.

Ignorantia oneris annexi, an excuſet quo-

minus quis totum contractum agnoſcere, aut à toto recedere debeat? vide in verbo Onus.

Immobilis.

Jmmobile, firmum, præciſum nil adeo eſt, quin ſemper intelligatur rebus ſic ſe habentibus. nu. 291. in fine.

Immutabilis.

Jmmutabilis an ſit forma cõtractus? vide in verbo Forma.

Immutatus.

Jmmutatus, & extinctus in totum primæuus ſtatus rei, antiquaque natura dummodo non ſit, interpretatio lata fieri debet, vt res antiquum ſtatum recipiat. nu. 622. verſic. & ob id.

Impedimentum.

Jmpedimentum an excuſet ab implemento contractus? vide in verbo Excuſandus.

Imperfectus.

Jmperfectum, & nihil æquiparantur. nu. 372. verſic. & imperfectum.

Implere.

Jmplere pro parte non ſufficit in obligatione indiuidua. num. 860.

Neque vbi quis omnia, & ſingula obſeruare promiſit. num. 904.

Neque id, quod conſiſtit in faciẽdo, uel mixtim in dando, et faciendo, ſi eſt implendum à duobus, vel pluribus. num. 203.

Implementum.

Jmplementum ex parte venditoris ſolutionem, pretij fiendam per emptorem, præcedere debet. num. 778.

Implementum quod requiratur ad hoc, vt emptor, uel contrahens teneatur. uide in uerbo Emptor, & in uerbo Contrahens.

Jmplementum per partem offerri non poteſt, inchoato iudicio. num. 127. verſic. & vterque.

Implementũ requirit cauſa finalis, ſicut conditio. num. 249. verſic. idemque.

Implementũ difforme, ideſt partim per traditionem rei, & partim per ſolutionẽ pecuniæ, ſeu intereſſe, eſt abſurdũ. nu. 752.

Implementũ totius, an ſit neceſſariũ, vt quis conſequatur partẽ ſuã Legati, relicti ſub conditione faciendi, quãdo alter collegatarius negligit facere pro parte ſua, & an tale implementum operetur, vt qui adimplet totum Legatum conſequatur, & quo iure? vide in verbo Facere.

Implementum contractus, vide in verbo Contractus.

Implementum cõditionis in caſibus, quibus ad hæredes tranſmittitur, ſi debitor decedat pluribus hæredibus relictis, nõ diuiditur inter eos, ſed quilibet inſolidũ tenetur ex communi. num. 173. & 174.

Implementum conditionis voluntariæ quomodo fiat. vide in verbo Conditio.

Implementum conuentionis conditionalis, an per æquipollens, et interpretatiue fieri poſſit? vide in verbo Conuentio.

Implementi non ſecuti exceptio, videatur in verbo Exceptio.

Implementi: reſolutio, quæ fit, ob defectum implementi contractus, an dicatur fieri ſecundum naturam ipſius contractus? vide in verbo Reſolutio.

Implementi defectus pro parte, quid operetur. vide in verbo Defectus.

Impoſsibilis.

Impoſſibilis omnino alienatio probibita non indica-

iudicatur, licet licentia alienandi à Rege, vel Senatu non potuerit obtineri. nu. 836. de ratione numeris ſeq.

Impoſſibile eſt, actionem quæri ad intereſſe, niſi ei, cuius intereſt. num. 73. verſic. addo rationem.

Impoſsibilitas.

Impoſſibilitas tradendi partem rei venditæ facit ceſſare illud abſurdum, & inconueniens, quod res pro parte tradatur, & pro parte ſoluatur intereſſe. nume. 50.

Intellige vt num. 405. vſque ad numerum 422. incluſiue, & nu. 833. cũ num. ſeq.

Impoſſibilitas operatur, vt aliud pro alio inuito creditore ſolui poſſit. num. 53.

Intellige vt nu. 405. vſq; ad numerũ 422. incluſiue, & nume. 831. cum treſdecim ſequenti.

Impropriatur.

Impropriatur: tolerandum eſt potius, quod improprietur natura uerborum, quã natura rerum. num. 687. verſic. ſubdit.

Improprietas.

Improprietas ſermonis nimia, ne inducatur, interpretatio, & præſumptio præfertur interpretationi ualiditatis actus. numero 577.

Improprietas aliqua verborum etiam ſi ſequatur, nihilominus in dubio capiẽda eſt illa interpretatio, per quam minus læditur diſpoſitio iuris cõmunis. nu. 622. verſ addens, cum verſ præced.

Impugnatur.

Impugnetur: interpretatio nunquã capienda eſt, per quam impugnetur voluntas alicuius. num. 294. verſ. nunquam.

Imputandus.

Imputandum eſt in contractibus illi, qui ſe fundat in verbis contractus, quia potuit legem apertius dicere. num. 212.

Secus in vltimis voluntatibus. num. 213. de ratione nume. ſeq.

Imputandũ in actibus conuentionalibus eſt etiam ei, qui non contrauenit. nu. 765. & num. 409. de ratione nume. ſeq.

Imputandum eſt illi, qui ſe obligauit, in eo quod debetur ex diſpoſitione hominis: ſecus ſi debeatur ex diſpoſitione legis. nume. 409. cum num. 406. 407. 764. & 765.

Imputandum in pœna legali non eſt ei, qui non contrauenit. nume. 764. & ſub numero 409.

Imputandum non eſt hæredi, uel ſubſtituto, aut legatario, quod non fecerit, vt teſtator apertius loqueretur. nu. 214. de ratione nume. 213.

Inæqualitas.

Inæqualitas quo ad lucra ad æqualitatem eſt reducenda. num. 457.

Inæqualitas in aliquo, nõ impedit quin quælibet interpretatio fieri debeat, vt æqualitas ſeruetur. nume. 562. cum numero præcedenti.

Incertitudo.

Incertitudo operatur reſolutionẽ contractus in totum. num. 278.

Incertitudo pretij quem effectum producat, vide in verbo Pretium.

Inchoatus.

Inchoato iudicio, implementum per partem offerri non poteſt. num. 127. verſiculo, vterque.

Incommodum.

Incommoda multa affert communio. numero 200.

Incontinenti.

Incontinenti dicuntur facti duo cõtractus, celebrati eodem die, & loco, & coram iiſdem teſtibus. nume. 380. cum nume. præcedenti.

Inconueniens.

Inconueniens in conſequenti, quando non admittitur, an etiam in antecedenti non ſit admittendũ? vide in uerbo Abſurdũ.

Inconueniens, an ſit quod emptor teneatur adimplere contractum pro ſeptem partibus octo partium? vide ibidem.

Inconueniens an, & quãdo ſit, quod res pro parte tradatur, & pro parte ſoluatur intereſſe. vide ibidem.

Et an, & quando impoſſibilitas tradendi partem rei venditæ, faciat ceſſare huiuſmodi inconueniens. vide in verbo Impoſſibilitas.

Inconueniens an ſit, quod fiat ſolutio in diuerſis rebus, ſeu corporibus contra mentem creditoris? vide in verbo Solutio.

Incorporalis.

Incorporalia (vt ſunt ſeruitutes) conſiſtunt tota in toto, & tota in qualibet parte totius. numero 687. verſiculo indiuidua autem.

Indebitum.

Indebiti condictione vbi agitur ad reſolutionem actus, nõ poteſt pro parte reſolui, pro parte non, ſed in totum diſcedi ab eo, vel diſtrahi debet, & in totũ offerri integraque omniũ reſtitutio, atque diſtractio. num. 232. verſic. & etiam.

Indeterminatus.

Indeterminatum pretium quid operetur, et quid determinatum. vide in verbo Pretium.

Indigentia.

Indigentia perſonæ eſt indiuidua. nu. 811. in fine.

Et illam reſpicit actus habitandi. ibidem.

Indiuiduitas.

Indiuiduitatem: ad indiuiduitatem inducendam mens inde colligitur, quod in cõmunionem quis incideret. num. 887.

Reliqua vide infra in verbo Indiuiduus, vbi etiam copioſe explicatur, in verſiculo indiuiduorum quos effectus producat ipſa indiuiduitas.

Indiuiduus.

Indiuiduus ſui natura eſt contractus. numero 377.

Et eſt indiuiduus ſimpliciter. nume. 859. & 906.

An autem, & quibus in caſibus cenſeatur indiuiduus, etiã ſi diuerſi, & plures ſint contrahentes? vide in verbo Cõtractus, & in verbo Pluralitas.

Et an etiam, & quibus caſibus dicatur, & ſit in diuiduus, licet plures res, vel ſummæ ſint in contractu deductæ, & cõprehenſæ? vide ibidem.

Indiuiduus obligatione cenſetur cõtractus, in quo ſinguli contrahentes ſunt in ſolidum obligati. num. 484.

Indiuiduus redditur contractus ex decreto iudicis, in eo interpoſito. nu. 486. de ratione num. 487. & 489.

Et ex clauſula (promittentes ipſum contractum habere ratum. & gratum in omnibus ſuis partibus, & in nullo contrafacere, vel uenire.) nume. 479.

Indi-

Indiuiduus nedum quo ad ſingulos vendito res, ſed etiam quo ad omnes, eſt contractus, de quo num. 7 3 5. ex veriori, & * receptiori, vt ibidem.
Indiuiduus ex quibus (vltra prædicta) arguatur contractus, etiam ſi regulariter aliquo reſpectu diuiduus foret. vide in verbo Contractus.
Indiuiduus, & vnicus quando eſt contractus, alios contrahentes paratos eſſe contractum obſeruare, nõ releuat. nu. 9 0 5. de ratione nume. 8 9 2. cum numeris ſeq.
Indiuiduus contractus, ob defectum partis, reſoluitur in totum. num. 4 8 5.
Indiuiduus quod ſit contractus; & conſequenter, vt pro parte irritari non poſſit, quin vitietur, & reſoluatur in totum, in dubio iudicandum eſt. num. 6 4 1. de ratione num. ſeq.
Ampliatur procedere, etiam ſi duplex cõtractus dari poſſet. num. 6 5 5.
Indiuiduus ſi ſit contractus, an factũ vnius alteri noceat? vide in verbo Factum.
Indiuiduus eſt actus iudiciarius. nu. 4 8 7. & 9 0 2.
Et actus habitandi. nume. 8 1 1. verſiculo ſic etiam.
Et actus interpoſitionis decreti. nu. 4 8 7.
Et actus iuratus. num. 1 2 6. verſic. & facit, de ratione ibidem.
Et actus plurium rerum, concurrente vnitate pretij ex receptiori. nume. 3 3 2. *
Et actus cõditionalis. ex communi fere omnium opinione. nu. 1 7 7. verſic. qua autem, de ratione ibidem cum verſic. ſeq. & num. 1 7 1. *
Et actus, in quo dolus, ſeu fraus, vel culpa interuenit. num. 3 7 7. verſic. tanto magis, de ratione ibidem.
Indiuiduus eſt dolus. numero 3 7 7. verſiculo cum, & ipſe.
Indiuidua ſit res diuidua, ratione adiuncti. num. 1 7 1. in fine.
Indiuidua eſt fraus. num. 3 7 7. verſic. atque indiuidua.
Et culpa, ibidem.
Et ſtipulatio dolum malum abeſſe. ibidem verſic. ſubdens, de ratione eodem in loco verſic. cum & ipſe.
Et ſtipulatio viæ. num. 6 8 7.
Et ſtipulatio itineris. ibidem.
Et ſtipulatio actus. ibidem.
Et ſtipulatio aliarum ſeruitutum. ibidem.
Et ſtipulatio rem tradi, ſicut ſtipulatio dictarum ſeruitutum. ibidem.
Et obligatio faciendi. nume. 7 4 4.
Et perſona num. 8 1 1. in fine.
Et pecuniæ promiſſio, uel obligatio ordinata ad factum, ſicut ipſum factum. nu. 8 1 1.
Et indigentia perſonæ. num. 8 1 1. in fine.
Et conuentio vltro citroque obligatoria. nu. 4 9 5. de ratione num. ſeq.
Et omnium reorum debendi obligatio. num. 6 4 0. verſic. & ipſorum.
Et venditio. num. 4 9 4. & 4 9 5. de ratione num. ſequenti.
Et locatio plurium rerum facta vnica mercede: cum vnicus ſit contractus, & vnica conuentio. nu. 3 4 8. cum nu. præced.
Et promiſſio ſimpliciter facta pluribus, ſuper re, etiam ſui natura diuiſibili, ſi nihil * de partibus agatur. ex communi. nume. 3 0 8. verſic. comprobatur.
Et diſtractio. num. 5 0 9. verſic. quod etiam.
Et Emphyteuſis Eccleſiaſtica, conceſſa vſ* que in quartam generationem. ex communi. num. 3 3 1. verſic. ad rem.
Intellige vt ibidem verſic. ſubdens.
Et res ſuper qua tota vna penſio eſt conſtituta. num. 3 4 4.

Et forma: cui nec addi, nec detrahi poteſt. num. 176. verſic. dicens.

Et materia, ex qua formã actus recipit. nu. 120. verſiculo, & non ſolum, de ratione ibidem.

Et defenſio. num. 811. in fine.

Et promiſſio defenſionis, habito reſpectu ad id, quod promiſſum eſt. num. 33. verſiculo cum dixit.

Vide tamen num. 463. cum ſex ſeq. & nu. 735. verſic. & præcipue.

Et clauſula de defendendo. nu. 908. & ex * communi. num. 463.

Et conditio. numero 171. ex communi. & * num. 176. de ratione ibidem verſiculo, qua autem.

Ampliatur eodem verſic.

Et conditio, diuidua ſi ſit conditioni indiuiduæ coniuncta. num. 171.

Indiuidua ex intentione contrahentiũ, quando dicatur Venditio. vide in verbo Venditio.

Indiuidua conuentio ex intẽtione contrahentium quæ dicatur. vide in verbo Conuentio.

Et an deſinat eſſe indiuidua ſi contenta in ea ſui natura ſint diuiſibilia ratione perſonarum, vel rerum? vide ibidem.

Et ſi vitietur pro parte, an reddatur nulla in totum. vide ibidem, & infra eodem.

Indiuidua obligatio obligatione ipſa, et ſolutione quæ dicatur, declaratur nu. 857.

Indiuidua res æſtimatur ex mente contrahentium. num. 344. 806. cum numeris ſeq. 872. & 875.

Et mens ad indiuiduitatem inducendam inde colligitur, quod in communionẽ quis incideret. num. 887.

Et ex actu vltro citroque obligatorio. num. 498. de ratione num. præced.

Indiuidua, vel diuidua, an ſit res ex cauſa finali interpretatur, & iudicatur. numero 232.

Indiuidua eſt ſententia lata ſuper bonis, quę ſunt pro indiuiſo; etiã ſi capita, & ſummas diuerſas contineat. num. 307. verſiculo, & in ſententia.

Indiuidua an, & quando cenſeatur conditio dandi. uide in uerbo Conditio, in uerbo Legatum, & in uerbo Legatarius.

Indiuidua quãdo eſt obligatio ex parte promiſſoris, indiuidua etiã cenſetur ex parte ſtipulatoris. num. 259.

Indiuidua ſunt facta. ex communi. numero * 150. & 747. de ratione nu. 151. cum numeris ſeq.

Et quæ tantam vtilitatem non afferunt in parte ratione partis, quantam in toto reſpectu totius. num. 326. & 870.

Etiam ſi ſecundum aptitudinem naturalem diuidi poſſint. num. 327.

Et quæ vtilitatis tantæ ſeparata, quantæ vnita non ſunt. num. 871.

Et quorum vnum altero carere non poteſt. num. 120. verſiculo, & non ſolum, & nume. 397.

Et quæ correſpectiua ſunt. num. 398.

Et quibus eadem eſt origo. num. 258.

Et quæ connexa ſunt. nume. 498. verſiculo, quæ autem.

Et quæ ſui natura diuiſibilia ſunt, ratione perſonarum, vel rerum, efficiuntur indiuidua ex intentione cõtrahentium. nu. 301. 302. et 806. de ratione nu. 807.

Et quæ pariter omnes reſpiciunt. nu. 468.

Et quando eis competit vna eademque defenſio. num. 469.

Et ne ſequatur abſurdum, & inconueniens, quod res pro parte tradatur, & * pro parte ſoluatur intereſſe. ex mente om-

omnium numero 422.

Etiam ſi præſtatio partis eãdem afferat vtilitatem quo ad partem, quantam præſtatio totius quo ad totum. ex communi. numero 423.

Indiuidua conſiſtunt tota in toto, & tota in qualibet parte totius. num. 687. verſic. indiuidua autem.

Indiuiduum proprie dicitur, quod pro parte præſtari non poteſt. nume. 233. verſiculo licet.

Indiuiduum quotuplex ſit, & quot modis dicatur, remiſſiue declaratur num. 326. verſic. qui præterea.

Indiuiduum aliquid cenſetur, aut à natura, aut ratione formæ, aut ratione voluntatis contrahentium, aut ratione dependentiæ. numero 120. & 121. & 893. ex communi.

Indiuiduum eſt principale, & acceſſorium. nume. 122.

Et pactum de defendendo. ex communi. nu. 463. de ratione numeris ſeq.

Et pactum de retrouendendo plures res emptas vnico pretio: cũ quis non poſſit partem rei, vel vnam ſine alijs redimere. ex communi. num. 350. 351. & 531.

Intellige ſecundum aliquos, vt nume. 849. cum ſequenti.

Indiuiduum eſt factum obligatione, & ſolutione. ex communi nu. 150. de ratione numeris ſeq.

Indiuiduum obligatione illud eſſe dicitur, ad quod plures in ſolidũ tenentur. nu. 466.

Indiuiduum eſt rem tradi. ex communi. nu. 141. de ratione num. 156.

Et indiuiduum eſt obligatione, & ſolutione. ex communi. num. 145.

Etiam in contractu venditionis. ex veriori, & receptiori. numero 146. 522. vſque ad numerum 532. & 803.

Licet aliqui opinentur diuiduum eſſe obligatione, & indiuiduum ſolutione. nu. 45.

Declaratur tamen nu. 804. vſque ad numerum 813.

Indiuiduum aliquid cenſetur ob connexitatem. nu. 277. cum num. ſeq. & nu. 276.

Indiuiduum eſt tutoris officium. num. 811. verſ. qua ratione etiam, de ratione verſ. præced. & verſiculis ſeq.

Indiuiduum eſt iuramentum. ex communi. num. 126. verſic. quod iuramentum.

Et facit actum indiuiduum. ibidem verſic. & facit.

Indiuiduum eſt compromiſſum. num. 504.

Et an pro parte, & quo ad vnam perſonam valere poſſit, licet quo ad aliam ſit nullum? vide in verbo Compromiſſum.

Indiuiduum eſt decretum iudicis. nu. 489. & 902.

Et ſi pro parte non valet, vitiatur in totum ex receptiſſima ſententia. num. 490.

Et in totum valere debet, aut in nihilum. nume. 903.

Indiuiduum eſt ius hypothecæ, licet res hypothecatæ ſint diuiduæ. num. 306.

Præcipuè ſi bona obligata poſſideantur pro communi, & indiuiſo. nume. 307.

Indiuiduę expreſſionis effectum habet clauſula (omnia & ſingula &c.) ex communi omnium ſententia. num. 471. cum numero præced.

Indiuiduę cẽſentur plures res ſui natura diuiduæ, vbi in vno tantum capite ſententiæ comprehenduntur. nu. 711. verſ. at que idem.

Indiuiduæ obligationes fortius, et intenſiuè, & extẽſiuè ligant, & aſtringunt, quam obligationes diuiduæ. num. 399. verſic. quod etiam.

Indiui-

Indiuiduorum natura eſt, quod alterum ſine altero admitti non poteſt.num. 399.
Et in eis vtile per inutile vitiatur. num. 166.& 894.
Et nihil factum dicitur, donec aliquid ſupereſt agendum.num. 370.& 748. de ratione num. 749. cum ſeq.
Et factum vnius nocet alteri. nume. 167. & 694.
Intellige ut nume. 758. cum pluribus ſeq.
Et nec addi, nec detrahi poteſt.num. 176. verſic.dicens.
*Et Emphyteuſis Eccleſiaſtica, conceſſa vſque in quartam generationem, vitiatur in totum ſi ſolita ſit concedi tantũ vſque * in tertiam. ex communi num. 331.verſiculo ad rem.*
Et non poteſt fieri diſtractio, niſi in totum. nume. 509.verſic.quod etiam.
Et locatio facta per Prælatum, vel Eccleſiam de eius bonis, abſque debita ſolennitate, vſque ad decennium, non ſuſtinetur, vt ſimplex locatio vſque ad nouennium.num. 551.verſic.reſpondi. de ratione verſiculis ſeq.& verſic.aliã quoque, iuncto num. 326.& 870.
*Et vnus ex pluribus hęredibus tenetur inſolidum, & conuenitur in factis indiui- * duis à defuncto promiſſis. ex ſententia omnium. numero 344. verſiculo, & hæredum.*
Et conſiſtunt tota in toto, & tota in qualibet parte.num. 687.uerſiculo indiuidua autem.
Et factum unius alium non obligat, ubi plures tenentur ad aliquid non deſcendens ex cauſa hæreditaria? ſed ſolum contrafaciens obligatur.num. 34.
Intellige ut in uerbo Factum, uerſic.factum unius alium non obligat.
Et pœna adiecta committitur contra omnes. numero 328.
Et non poteſt fieri, niſi in totum. nu. 509. uerſic. quod etiam.
Et pro parte implere non ſufficit.num. 860
Et pro parte expediri non põt. ſub nu. 811
Et partẽ faciẽs nihil feciſſe uidetur. n. 286
Et pars præſtari non poteſt.nu. 811.in fine.
Et parte irritata totum irritatur. nu. 287.
*Ampliatur procedere etiam in ſententia in- * diuidua.ibidem ex communi.*
Et quando cõcurrunt duæ perſonæ, una prohibita, altera permiſſa, non valet actus reſpectu vtriuſque, ſed reſoluitur in totum.nume. 500.
Et quod ſtatuitur in pluribus debitoribus, idem ſtatutũ intelligitur in pluribus creditoribus. num. 304.
*Et vnus ex pluribus, habentibus litem circa rem indiuiduam, poteſt inſolidum agere, & defendere indiſtincte.nu. 469. ver- * ſic. quamobrem, ex communi.*
Et beneficium, quod vni competit in indiuiduis, prodeſt etiam alijs. nume. 161.
Et non priuilegiatus concurrens cum priuilegiato gaudet priuilegio priuilegiati. numero 162.
Et clericus, & laycus ſimul obligati ex cauſa indiuidua, quæ deberet tractari corã iudice layco, ambo coram Epiſcopo ſunt conueniendi. num. 163.& 164.
Et ſi ex pluribus ſimul delinquentibus unus ſit clericus, & alij layci, & contra omnes inquirat iudex ſæcularis, & clericus declinet forum, etiã layci petere poſſunt ſe remitti ad iudicem Eccleſiaſticũ. numero 165.
Et ſi ſententia indiuidua eſt appellabilis in vna parte, cenſetur appellabilis in totũ. num. 288. verſiculo, & ideo.

Et ſi eſt nulla in parte, intelligitur nulla in to- tum. num. 287. in fine ex communi.
Reliqua vide in verbo Reſolutio, & in verbo Reſolutus.

Indiuiſibilis.

Indiuiſibilis eſt locatio plurium rerum ſub vnica penſione annuatim ſoluenda: & ſi conductor eſt male uerſatus in una earum, à tota conductione cadit. nu. 349. verſic. præterea.

Indiuiſibilitas.

Indiuiſibilitatem: quo ad indiuiſibilitatem æquiparantur contractus emptionis, & Emphyteuſis. nu. 344. verſic. cum præſertim.

Indiuiſus.

Indiuiſa eſt natura venditionis. num. 784. de ratione num. ſeq.
Indiuiſa bona tenere, vel diuidere, an magis expediat, & vtilius ſit, quam vendere? vide in verbo Vendere.
Indiuiſum remanet ius hypothecæ tam actiuè, quam paſſiuè. num. 306. verſic. & in tertia, de ratione ibidē, verſ. & rationē.
Ampliatur dupliciter remiſſiue eodem in loco, verſic. & numero.

Inducendus.

Inducendum: faciliores eſſe debemus ad denegandum, quam ad inducendum nouationem. num. 554. verſic. faciliores que.

Inductus.

Inducta in fauorem emptoris, non debent in eius odium retorqueri. num. 830.
Inductum eſt in fauorē emptoris, vt venditor, qui non habet facultatem rei tradendæ, ſoluat intereſſe. num. 829.

Infeudari.

Infeudari ſi ſoluta ſit domus tantum pro maſculis, & conceſſa ſit in feudum alicui recipienti pro maſculis, & fœminis, an huiuſmodi conceſſio vitietur in totum, vel ſuſtineatur, & valeat quo ad maſculos? & an ſit diuidua? uide in uerbo Domus.

Iniquum.

Iniquum eſt, quod intentioni diſponētis aduerſatur. nume. 296.

Initium.

Initio nullus quibus in caſibus cēſeatur emptionis, & venditionis contractus. remiſſiue declaratur num. 47. verſic. qui inſuper.

Inſolidum.

Inſolidū tenentur, qui ex ſuo contractu, vel auctoris ſui tradere tenentur. nu. 779. de ratione num. ſeq.
Ampliatur habere locum etiam in eo, qui actione ex uendito ad tradendū tenetur. nu. 782. de ratione nu. 781. & 783.
Inſolidū plures rei debendi tenentur, quando vnus eſt actus promittendi, vna rei expreſſio, & adeſt diſtributiuum quilibet. num. 483. cum num. præced.
Inſolidum tenentur plures obligati ad defendendum. num. 464.
Inſolidum tenentur plures hæredes vēditoris emptorem defendere. num. 465.
Inſolidum actum cuilibet attribuit diſtributiuum quilibet. ex communi omnium opinione. num. 481. cum num. præced.
Inſolidum ad quod plures tenentur, indiuiduum obligatione eſſe duitur. nu. 466.
Inſolidum quando ſinguli cōtrahentes ſunt obligati, contractus cenſetur obligatione indiuiduus. num. 484.

Inſo-

Inſolidum cõmittitur pęna, promiſſa in defectum ratificationis promiſſę, ſi ſequatur ratificatio partis tantum. num. 360.

Ampliatur procedere, ſiue ipſemet, qui ratificauit, ſiue alius ſe ratificaturum promiſerit. nume. 361.

Inſolidum præſtandum eſt illud, cuius ſolutio poſita eſt in conditione. nume. 172.

Ampliatur obtinere etiam, quando debitor decedit pluribus relictis hæredibus, non enim diuiditur inter eos, ſed quilibet inſolidum tenetur. num. 173.

*Et hoc procedit in caſibus, quibus ius implẽdi cõditionem ad hæredes tranſmittitur. * ex communi. num. 174.*

*Inſolidũ agere poteſt vnus ex pluribus, habentibus litem circa rem indiuiduam, et * defendere indiſtinctè. ex communi. nu. 469. verſic. quamobrem.*

*Inſolidum tenetur, & conuenitur vnus ex pluribus hęredibus, in factis indiuiduis, * à defuncto promiſſis, ex ſententia omniũ. num. 344. verſ. & hęredum.*

Inſtrumentum.

*Inſtrumentum quod fiat de venditione ſi actum ſit, non dicitur perfecta venditio, niſi inſtrumentũ fuerit abſolutũ. ex cõ*muniori. nu. 818. de ratione num. ſeq.*

Inſtrumentum unum an, & quando interpretetur, ac ſi plura eſſent inſtrumenta. vide in uerbo Euictus.

Inſtrumentũ rei venditæ uenditor emptori tradere tenetur. nu. 257. verſ. & ideo.

Et ſi non tradit, ipſi emptori licet ab emptione diſcedere. ibidem.

*Inſtrumentum quãdo eſt ſimulatum, etiam clauſulæ, & alia in eo contenta ſimulata, & nulla cenſentur, ex communi. nu. * 555. verſ. & idem.*

Inſtrumenti præfatio, & principium quid indicẽt, uide in uerbo Principium, & in verbo Proœmium.

Inſtrumento contractus, an liceat cõtrahentibus in verbis enuntiatiuis contrauenire? vide in verbo Contrahens.

Inſtrumento uno ſi plures ſint comprehenſi contractus, an plures ſolui debeant Gabellæ? vide in verbo Gabella.

Inſtrumenta rei locatæ locator conductori tradere tenetur. num. 257. in fine.

Et ſi non tradit, ipſi conductori licet à contractu diſcedere. ibidem.

Inſtrumenta plura, an inducant pluralitatẽ actuum, vel negociorum? vide in verbo Pluralitas.

Et an unũ inſtrumentũ ad aliud tacite relationem habere videatur, ut pluralitatis præſumptio excludatur? uide ibidem.

Inſtrumentis: actus duo in diuerſis inſtrumẽtis cõfecti intra breue tẽpus, interpretãtur, ut unus gratia alterius celebratus cenſeatur. nu. 389. cũ numeris praeced.

Integritas.

Integritate: ex integritate conſiſtit forma contractus. num. 119.

Integralis.

Integralis traditionis effectum, qui rem ſibi tradi ſtipulatus fuit, conſideraſſe videtur. num. 781. de ratione ibidem.

Intellectiuus.

Intellectiua anima eſt tota in toto, & tota in quibuslibet ſuis partibus. num. 687. in fine.

Intellectiua, nõ autem extenſiua dicitur interpretatio, quæ ſumitur ex ratione. nu. 429. verſic. & interpretatio.

In-

Intellectus.

Intellectus multarum legum, & deciſionũ vide in verbo Lex, & ſub nomine cuiuslibet Auctoris earum.

Intenſiuè.

Intenſiuè, & extenſiuè fortius ligant, & aſtringũt obligationes indiuiduę, quam diuiduæ. num. 399. verſ. quod etiam.

Intentio.

Intentio contrahentium ex præfatione colligitur. num. 230.
Et ex cauſa finali. num. 249. verſic. & eſt.
Et ex ratione in contractu expreſſa. nume. 298. verſic. colligitur.
Et qualis fuerit ex contractu cognoſcitur. num. 298.
Intentio contrahentium, quę diuiſibilia ſunt ratione perſonarum, vel rerum, an reddat indiuidua? uide in uerbo Diuiſibilis.
Et an, & quando eorum intentione indiuidua dicatur venditio. vide in verbo Venditio.
Et quæ conuentio eorum quoque intentione indiuidua cẽſeatur, etiam ſi res diuiduas contineat, & an, ſi pro parte vitietur, reddatur nulla in totum? vide in verbo Conuentio.
Intentio in actibus agẽtium quem effectum producat. vide in verbo Actus.
Intentione: in intentione prima eſt cauſa finalis, & vltima in executione. nu. 249. verſic. ac prima.
Intẽtionem ſuam fundatã habere cenſetur, qui habet regulam pro ſe. num. 615. de ratione nume. ſeq.
Reliqua vide in verbo Voluntas.

Intereſſe.

Intereſſe poſt moram in obligationibus facti dicitur eſſe in obligatione, & petitione. nume. 71.
Et hoc receptum eſt tam fauore creditoris, quam debitoris. num. 72.
Intereſſe ſuccedit loco eius, quod erat preſtãdum, & vnũ, & idem reputatur. num. 67. verſic. cum inter.
Intereſſe obligatio an, & quando ſuccedat poſt moram in obligationibus facti. vide in verbo Obligatio.
Intereſſe quod ſoluatur per vẽditorẽ, qui rei tradendæ facultatem nõ habet, emptoris fauore inductum eſt. num. 829.
Intereſſe ſoluere, & liberari an, & quando poſſit is, qui vendidit, vel vendere promiſit. vide in verbo Venditor.
Et quomodo huiuſmodi intereſſe probetur, ac quid, & quantum continere poſſit. uide ibidem, verſic. quomodo, & verſic. & huiuſmodi.
Et ſi pretium per emptorem venditori non ſoluatur, an ei liceat rem traditam repetere, uel magis ad ipſum pretium, & ad intereſſe agere debeat? vide ibidem, verſic. neque ei licet.
Intereſſe ſoluere in executione, & liberari ab obligatione facti, an poſſit is, qui in obligationibus facti condemnatus fuit à iudice ad ſolum factum? vide in verbo Debitor.
Intereſſe: qui ſtipulatur factum an in eius defectum videatur ſtipulatus intereſſe, & ita etiam promiſſor promiſiſſe? vide in uerbo Lex, verſic. Lex interpretatur.
Intereſſe: actione in perſonam, quæ per promiſſionem de vẽdendo acquiritur, an cõtra promiſſorẽ, nolentẽ vendere, ſolũ ad intereſſe agi poſſit? vide in uerbo Actio.
Intereſſe: actio ad intereſſe an acquiratur alteri, quã ei, cuius intereſt? vide ibidẽ.

Inte-

Intereſſe ſolutio, & pro parte rei traditio an, & quando fieri poſſit. vide in verbo Abſurdum, & in verbo Solutio.
Et quis ex hoc reſultet effectus. vide ibidē.

Intereſt.

Intereſt cōtrahentis ne pars rei tantū apud eum remaneat. num. 726.
Intereſt emptoris, aut totā rem habere, aut in totum à contractu diſcedere. nu. 378.
Interſit: in obligationibus facti, an facile ſit vt ſtipulatoris, poſt moram, amplius non interſit fieri? vide in verbo Stipulator.
Interſit: actio ad intereſſe, an acquiratur alteri, quam ei, cuius interſit? vide in verbo Actio.

Interpretatio.

Interpretatio eſt donum Dei, ſine quo nihil certi haberemus: Ideo prohiberi non poteſt. num. 699. verſ. interpretatio.
Interpretatio eſt de iure naturæ: & tolli nō poteſt. ibidem, uerſ. & interpretationē.
Declaratur procedere in interpretatione propria, ſine qua ſenſus ſtare non poteſt. ibidem, verſ. quod tamen.
Quid ſi extet ſtatutum, quod verba præciſe, & ad literam, prout iacēt, intelligantur: nulla etiam admiſſa interpretatione: an interpretatio, proueniens ex verbis, quæ declaratiua appellatur, prohibita cenſeatur? vide infra eodem, verſic. interpretatio prouenicns ex verbis.
Interpretatio propria eſt illa, ſine qua ſenſus ſtare non poteſt. num. 699. uerſic. quod tamen.
Interpretatio, quæ legi poteſt, vera interpretatio eſſe dicitur. nu. 699. verſ. cūq;.
Et illa eſt neceſſaria, quæ fit per punctum rationis. nu. 429. verſ. neceſſariaque.
Interpretatio ſumitur, & oritur ex octo cauſis: & dicitur quinque modis, de quibus remiſſiue. num. 594. verſic. his, & verſ. quot autem.
Et tres interpretationis ſpecies recēſentur, & explicantur remiſſiue ibidem, verſic. tres etiam.
Interpretatio omnis deſiderat æquitatem. num. 678.
Interpretatio fit, vt vnus tantum cōtractus factus cenſeatur; licet duplex dari poſſit. num. 655.
Interpretatio fit, quod vnus, non multiplex ſit contractus, quando ratio, & cauſa, in eo expreſſa, uniformiter reſpicit omnia bona, & omnes, qui vendere promiſerunt, ac eundem finem, & effectum. num. 220. cum num. præced. de ratione numeris ſeq.
Interpretatio fit etiam pluribus alijs de cauſis ad arguendam vnitatem cōtractus, de quibus in verbo Contractus.
Interpretatio, an & quando fiat, quod contractuū diuerſitas, & pluralitas, ex diuerſitate, & pluralitate perſonarum arguatur. vide in verbo Pluralitas.
Interpretatio an, & quando fiat, quod pluralitas rerum, vel ſummarum in contractu deductarum, & comprehenſarū inducat pluralitatem contractuum. vide ibidem, verſ. pluralitas rerum.
Interpretatio an, & quando, quibusve ex cauſis fiat, quod actus, contractus, res, & alia ſint indiuidua. uide cumulatiſſime in verbo Indiuiduus.
Et qui ex hoc proueniant effectus. vide ibidem, verſic. indiuiduorum, vbi plures effectus memorantur.
Interpretatio fit in materia indiuidua, vt quod ſtatuitur in pluribus debitoribus, idem

idem ſtatutũ intelligatur in pluribus creditoribus. num. 304.

Interpretatio an, & quãdo fiat, quod factũ vnius alium non obliget in indiuiduis, ſed ſolum contrafaciens obligetur, vbi plures tenentur ad aliquid non deſcendens ex cauſa hæreditaria. vide in verbo Factum.

Interpretatio nulla certior, & uerior eſſe poteſt, quam quæ fit ab ipſiſmet contrahẽtibus, ſeu ab ipſo diſponente. num. 554. verſ. quandoquidem.

Interpretatio alia non eſt quęrenda, quando diſponens, vel contrahẽtes ſe ipſos interpretantur, ſeu declarant. nu. 554. verſic. aliaque.

Interpretatio eſt capienda, quæ verbis conueniat. num. 699. verſic. capiendaque.

Interpretatio, proueniens ex verbis contractus, quæ declaratiua appellatur, prohibita non cenſetur; etiam ſi extaret ſtatutum, quod uerba contrahentium pręciſe, & ad literã, prout iacent, intelligantur; nullâ etiam admiſſa interpretatione. nu. 699. verſic. & interpretatio.

Et quæ alia interpretatio per huiuſmodi ſtatutum nõ intelligatur prohibita, ibidem remiſſiue declaratur. uerſic. qui etiam.

Interpretatio ſumi non poteſt contra mentem contrahentium, ſeu diſponentis. nu. 554. verſic. & interpretatio.

Interpretatio fit, ut contractus, & quælibet cõuentio, & promiſſio, etiã iurata, intelligatur rebus ſic ſe habentibus, & donec in eodem ſtatu permanſerint. ex cõmuni. num. 289. de ratione nume. ſeq.

Interpretatio fit, vt contractus cenſeatur celebratus in caſu veriſimili. num. 596.

Et ſecundum uerisimilem contrahentiũ mentem. num. 597.

Et ſecundum quod veriſimile eſt contrahẽtes contractũ facere voluiſſe. num. 598.

Interpretatio fieri debet in dubio, vt contrahẽtium æqualis ſit conditio. nu. 435.

Et pręſertim in contractibus correſpectiuis. nume. 436.

Interpretatio ſumi debet in contractibus, vt ſeruetur bona fides, & æquitas naturalis. num. 614.

Interpretatio fit ne contractus, & pacta in eo appoſita inuicem aduerſentur, & repugnent. num. 570.

Et quælibet interpretatio ſumenda eſt ibidẽ.

Interpretatio fit, quod ſi non valet contractus eo modo, quo fuit celebratus, nec etiam valere debet eo modo, quo fieri potuiſſet. ex communi. num. 616.

Interpretatio fit, vt contrahentes incontinenti ſe correxiſſe non videantur. numero 591.

Interpretatio illa à iudice amplectenda eſt, quæ lites, & diſcordias tollit. nu. 554. verſic. tum etiam.

Interpretatio illa dicitur fauorabilis, quæ odiũ excludit: licet inutilis reddatur diſpoſitio. nu. 830. uerſ. & interpretatio.

Et merito amplectenda eſt. ibidem, verſiculo vnde.

Interpretatio illa capiẽda eſt, per quam extenditur caſus fauorabilis. nume. 622. verſic. atque in dubio.

Ampliatur procedere in quacunque materia fauorabili, ibidem, verſ. quod procedit.

Interpretatio fieri debet ſecundum naturam rei: etiam ſi proprietas verborum repugnet. num. 687. verſic. præterea.

Interpretatio, quæ fit per punctum rationis, dicitur neceſſaria. num. 429. verſic. neceſſariaque.

Interpretatio, quæ ſumitur ex ratione, non

eſt extenſiua, ſed intellectiua. num. 429. verſ. & interpretatio.

Interpretatio ſumenda eſt ſecundum rationem in contractu expreſſam. num. 298. verſic. qui inſuper.

Interpretatio, deſumpta ex ratione expreſſa, præualet omnibus: quia dicitur ipſa diſpoſitio potius, quam interpretatio. num. 298. verſ. & idem.

Interpretatio diſpoſitionis, vbi adeſt naturalis æquitas, adeo efficax eſt, quod aliæ non ſunt perquirendæ coniecturæ. num. 675. verſic. & vbi.

Interpretatio iuſta, & naturali conſona æquitati ſemper fieri debet. nu. 672. verſic. & interpretatio.

Interpretatio benignior, & æquior eſt accipienda. nume. 672. verſic. atque.

Interpretatio obligationis fit ſecundum naturam cõtractus, ſuper quo interponitur. num. 582.

Interpretatio ſumenda eſt in dubio, vt contractus cenſeatur reſolutus eo modo, quo fuit celebratus. nu. 632. de ratione numeris ſeq.

Interpretatio an, et quãdo ſumẽda ſit, quod contractus nominati reſoluantur, ob cõtrauentionem. vide in verbo Reſolutio.

Interpretatio anguſtior fit in contractibus, quam in ultimis uoluntatibus. nu. 210. et nu. 737. de ratione nu. 211. cum ſeq.

Interpretatio an, & quando ſumenda ſit, vt emptor cogatur venditionem adimplere, etiam ſi dimidia pars, vel minor quam dimidia rei emptæ deficiat. vide in verbo Emptor.

Interpretatio an, & quando ſumenda ſit, quod uẽditor, qui abſque dolo ſuo rei tradendę facultatem non habet, pręciſe tradere cogi non poſſit, ſed tantum ad intereſſe teneatur, & illud ſoluendo liberetur. vide in verbo Venditor.

Quid ſi non uendidit, ſed uendere promiſit, & rei tradendę facultatẽ habet, an tunc ad tradendum præciſe cogi poſſit, vel magis faciẽda ſit interpretatio, vt liberetur ſoluendo intereſſe? vide ibidem.

Interpretatio fit, quod vna ſit venditio, etiã ſi plures res contineat, quando actum eſt inter partes, vt illud, quod ſoluendum ſupereſt, per emptorẽ ſoluatur ad cõputum reſidui totius pretij. num. 706.

Interpretatio fit, quod venditores, licet ſint octo, pro vno tamen habeantur, nec inuitus emptor debeat, à ſeptem ex illis ſeptem partes octo partium bonorum venditorum, & ab alio pro ſua octaua parte pecuniam ſeu intereſſe accipere. nu. 208.

Interpretatio an, & quando fiat, quod plures ſint venditiones, vbi in eodem inſtrumento continentur plures res & pretia diſtincta. uide in uerbo Venditio, uerſic. venditiones.

Interpretatio an, & quando fiat, quod, cuilibet vno ex corporibus rerum venditarũ, perinde agatur, ac ſi plura eſſent inſtrumenta, & plures emptiones, quamuis unum ſit inſtrumentum, & vna uenditio. vide in verbo Euictus.

Interpretatio veriſimilior ſemper in venditione ſũmenda eſt. nume. 594.

Interpretatio ſumi debet in dubio contra venditorem, ad fauorem emptoris. numero 680.

Interpretatio an, & quando fiat, quod diuerſæ, & plures ſint locationes. uide in verbo Locatio.

Longum: uerisimile an ſit, quod conductor ad longum tempus conduxiſſet ad modicum? uide in uerbo Verisimile.

Longum: conſenſus conductoris ad longum tempus, an cenſeatur deficere in conductione modici temporis? uide in uerbo Conſenſus.

Lucratiuus.

Lucratiua an ſit cauſa hæredis? uide in uerbo Cauſa.

Lucrum.

Lucri inæqualitas ad æqualitatem eſt reducenda. nume. 457.

Magnus.

MAgna pœna, an ſit reſciſio contractus? uide in uerbo Pœna.

Mandans.

Mandans contractum certo modo fieri debere, debet aut totum contractum agnoſcere, aut à toto recedere: etiam ſi mandatarius diuerſo modo contraxiſſet. nu. 375.

cum

cum num. 373. de ratione. num. 376.

Mandatarius.

Mandatarius ſi diuerſo modo contraxit, quam ſibi mandatum fuerat, an nihilominus contractus à mandante ſit in totum agnoſcendus, uel à toto recedendū? vide in uerbo Mandans.

Maſculus.

Maſculus & mulier ſi rem inter eos communem alicui uendiderint, & uenditio reſpectu mulieris ualere non poſſit, an ad inſtantiam emptoris in totum irritanda, & reſoluenda ſit? uide in uerbo Venditio.

Maſculis: ſi domus ſolita ſit infeudari tantum pro maſculis, & conceſſa ſit in feudum per Prælatum alicui, recipienti pro ſe, & filijs maſculis, & fœminis, an huiuſmodi conceſſio ſit indiuidua, uel diuidua? & nunquid uitietur in totum, uel ualeat quo ad maſculos? uide in uerbo Domus.

Materia.

Materia, ex qua formam actus recipit, eſt indiuidua. nu. 120. uerſic. & non ſolū. de ratione ibidem.

Materia forma carere non poteſt. ibidem.

Materia ſubiecta attēditur quo ad interpretationem, & ſubauditionem uerborum. nume. 572.

Ampliatur tripliciter in dictione Verba.

Materia quæcunque fauorabilis eam in dubio recipit interpretationem, per quā extenditur. nume. 622. uerſic. atque in dubio, & uerſic. quod procedit.

Materia diſcordiæ, & litis eſt cōmunio. nu. 554. uerſic. atque.

Materia diſcordiæ, & litis nullatenus eſt permittenda. dicto nu. 554. verſiculo, quod nullatenus. de ratione verſiculis ſequenti.

Mediolanum.

Mediolani conſtitutionibus, quando interdicatur alienatio immobiliū, & ſub qua pœna. vide in verbo Conſtitutio.

Melior.

Melior nulla eſſe ſolet interpretatio, quam illa, quæ ſumitur ab effectu. nume. 226. verſic. nullaque, de ratione verſ. ſeq.

Mens.

Mens colligitur ex præfatione. nume. 230.

Et ex ratione in contractu expreſſa. nume. 298. verſic. colligitur.

Mens contrahētium in actu vltro citroque obligatorio non fuit, quod vnus teneretur ad obſeruantiā ipſius actus, alter vero non. num. 497.

Et res ex eorum intentione interpretatur, quod ſit indiuidua. nume. 498.

Mens veriſimilis contrahentium dat interpretationem contractui. nume. 597.

Mens contrahentium magis, quā uerba, eſt attendenda. nume. 821.

Mens contrahentiū veriſimile non eſt, quod fuerit, vt pro parte tantum fieret venditio. nume. 888.

Mens diſponentis, quando repugnat, non ſit interpretatio pro ualiditate actus. num. 579. cum nume. 577.

Mentem: contra mentem contrahentiū, ſeu diſponentis interpretatio ſumi nō poteſt. num. 554. verſic. ex interpretatio.

Mente: quandoque plus comprehendit cauſa, ſeu ratio finalis ex mente, quā ex verbis. nu. 249. verſ. & Quandoque.

Reliqua

Reliqua vide in verbo Intentio.

Menſis.

Menſibus duobus elapſis, an vendere, vel emere obligatus, vendere, vel emere teneatur? vide in verbo Vendere, & in verbo Emere.

Mercatum.

Mercatum vnum ex quibus verbis arguatur contrahentes celebrare voluiſſe, etiã ſi plures ſint res venditæ. vide in dictione Verba.

Minimum.

Minimum ſi quid ſupereſt tradendam, an emptor poſſit totum pretium retinere? vide in verbo Emptor.

Minimum ſi quid remanet agendũ, an aliquid factum non dicatur donec illud ſupereſt faciendum? vide in verbo Factũ. verſiculo factum quid, cum verſiculo ſequenti.

Minus.

Minus, quę infert pręiudicium contrahentibus, reſolutio contractus facilius in totum facienda eſt. num. 567. uerſic. cumque, de ratione num. ſeq.

Mitius.

Mitius agitur cum lege, quam cum homine. nume. 410. & 767.

Mobilis.

Mobiliũ appellatione, an contineantur fructus? vide in verbo Fructus.

Modicus.

Modicum tempus dicitur nouẽnium. num. 551. verſ. cuius iuris, cũ uerſic. præced.

Modicum: ad modicum tempus facta locatio, an transferat ius in re? vide in verbo Locatio.

Et an ſi facta ſit ad longum tempus à Prælato, vel Eccleſia, de eius bonis, ſine debita ſolennitate, valeat in modico? vide ibidem.

Et an uериſimile ſit, quod conductor ad longum tempus cõduxiſſet ad modicum? uide in verbo Veriſimile.

Et nunquid in cõductione modici temporis, conſenſus cõductoris ad longum tempus deficere cenſeatur? vide in verbo Conſenſus.

Modici præiudicij ratio habenda eſt. nume. 324. verſic. & talis.

Modus.

Modi, qui debeat adhiberi, quando in locatione rei communis duo, uel plures inter ſe diſſentiunt, remiſſiue recenſentur nu. 505. in fine.

Modis quot indiuiduum dicatur, remiſſiue declaratur nu. 326. verſ. qui præterea.

Modos quinque, quibus dicitur interpretatio, vide remiſſiue, num. 594. verſic. quot autem.

Modos nouem, quibus quis partem debiti, etiam dimidui, recipere non tenetur, uide remiſſiue num. 778. verſic. vbi etiam.

Mora.

Moram: poſt moram an, quando, quæ ratione, & quomodo in obligationibus facti ſuccedat obligatio ad intereſſe. vide in verbo Obligatio.

Moram: poſt moram in obligationibus facti an facile euenire poſſit, quod ſtipulatoris amplius non interſit fieri? vide in uerbo Stipulator.

Mo-

Moram: poſt morã in obligationibus facti, an debitor in plus grauari poſſit, quã ſtipulatoris interſit? uide in uerbo Debitor.

Morbus.

Morbi cauſa, an ſit cruditas? vide in uerbo Cruditas.

Mors.

Mortis: ſi facta ſit promiſſio duobus copulatiuè, de bonis, quæ promittens haberet tẽpore mortis, non ualet, altero tunc non extante. num. 272. uerſ. & ideo.

Mortis: vulnus eſt cauſa mortis. nu. 231. verſic. ut uulnus.

Morte unius ex duobus ſeruis, emptis, vno pretio, ſecuta ante traditionẽ, operatur, vt etiam in uiuo non conſtet emptio. nu. 334. & num. 828. de ratione nu. 332. cum num. 166.

Nec emptor pro mortuo cogitur intereſſe recipere. ibidem, de ratione num. 826. & 829. cum ſeq.

Mulier.

Mulier, & maſculus ſi rem inter eos cõmunem alicui vendiderint, & venditio reſpectu mulieris, ob non adhibitam ſolennitatem à ſtatuto requiſitam, ideſt licentiam, & conſenſum propinquorum, valere non poteſt, an ad inſtantiam emptoris in totum reſoluenda, et irritanda ſit? vide in verbo Venditio.

Municipalis.

Municipalis lex, videatur in verbo Statutum.

Municipalem: in factis contra legem municipalem, uel cõmunem, ſi non valet quod ago, vt ago, nõ ualet etiã, ut ualere poteſt. Et quod fit vltra licitum; & intra licitum non ſubſiſtit. nu. 551. uerſ. quãdoquidẽ. Et ibidẽ verſiculis ſeq. ex hoc deciditur pulchra quæſtio: & alia notabilis deciſio, (de qua num. 547.) confirmatur.

Mutabilis.

Mutabilis eſt Regis, vel Senatorum voluntas. num. 838.

Mutabilis tamen non præſumitur in dubio. nume. 839.

Mutatio.

Mutatio naturæ contractus fit ex conuentione. num. 809. cum præced.

Et à contrahentibus. num. 812.

Mutatus.

Mutato rerum ſtatu, & noua cauſa accedente, cõtractus ſeu diſpoſitio ceſſare debet. num. 291. verſic. rerumque.

Natura.

Natura obligationis dandi, & obligationis faciendi quæ ſit, vide in verbo Obligatio.

Natura venditionis quę ſit, uide in uerbo Venditio.

Natura: uenditor, ex natura contractus uẽditionis, ad quæ teneatur. uide in uerbo Venditor, uerſ. uenditor ex natura.

Natura emptionis quę ſit, uide in uerbo Emptio.

Natura ſui res diuiſibilis, ſi ſuper ea ſimpliciter fiat promiſſio, & nihil de partibus agatur, an cenſeatur indiuìdua per accidens eſſe in obligatione, vt pars rei tantum rectè pręſtari nequeat? vide in uerbo Promiſſio.

Natura antiqua primeuusque ſtatus rei dũmodo in totum immutatus, et extinctus

non

non ſit, interpretatio lata fieri debet, vt res antiquum ſtatum recipiat. nu. 622. uerſic. & ob id.
Natura: tolerandũ eſt potius, quod improprietur natura uerborum, quam natura rerum. num. 687. uerſ. ſubdit.
Natura indiuiduorum quæ ſit, uide in uerbo Indiuiduus, uerſic. indiuiduorum cum pluribus uerſiculis ſeq.
Natura actuum correſpectiuorum quæ ſit, uide in uerbo Actus.
Natura actus attenditur quo ad interpretationem verborum. num. 572.
Ampliatur tripliciter, vt in dictione Verba.
Natura contractus dat interpretationẽ obligationi, ſuper eo interpoſitæ. nume. 582.
Et generalitatem reſtringit. nu. 574. verſic. vbi præterea.
Et mutatur ex conuentione. num. 809.
Natura cõtractuum correlatiuorum eſt, ut, vna parte ſublata, tollatur altera. num. 400. verſic. confirmatur. de ratione ibidem, verſic. ratio eſt, & uerſ. ſeq.
Natura contractus à contrahentibus mutari poteſt. nume. 812.
Sed vt minus deuietur à natura cõtractus, quam ſit poſſibile, interpretatio facienda eſt. nu. 582. verſ. interpretatio.
Naturæ eiuſdem eſt reſolutio actus, cuius eſt productio. nume. 637.
Naturæ eiuſdem eſt reſolutio contractus, cuius eſt contractus. ibidem.
Naturę eiuſdem eſt priuatio, cuius eſt habitus. nume. 638.
Naturæ eiuſdem eſt diſtractus, cuius eſt cõtractus. num. 639.
Naturę actus interpretatio, & præſumptio quantæ ſit efficatię, vide in verbo Interpretatio, & in verbo Præſumptio.
Naturæ: de iure naturę eſt interpretatio: & tolli non poteſt. num. 699. verſ. & interpretationem.
Declaratur procedere in interpretatione propria, ſine qua ſenſus ſtare non poteſt. ibidem, verſ. quod tamen.
Naturam: reſolutio, quæ fit, ob defectũ implementi contractus, an dicatur fieri ſecundum naturam ipſius contractus? vide in verbo Reſolutio.
Naturam: res facile reuertitur ad ſui naturam. num. 622. verſ. quia res.
Naturam: interpretatio fieri debet ſecundũ naturam rei: etiam ſi proprietas verborum repugnet. num. 687. uerſ. præterea.

Naturalis.

Naturalis ęquitas nil aliud eſt, quam naturalis iuſtitia. nume. 671.
Naturalis æquitas ubi adeſt, non ſunt aliæ perquirẽdæ coniecturæ in interpretationibus diſpoſitionum. ibidẽ, uerſ. & ubi.
Et naturali conſona æquitati, ac iuſta ſemper fieri debet interpretatio. nume. 672. verſ. & interpretatio.
Naturalis ratio nil aliud eſt, niſi ſenſus quidam communis, et ex affectu omniũ cõmuni procedens. nume. 429. verſic. nilque aliud.
Naturalis ratio, quod ſuadet, ęquum eſſe dicitur. nume. 429.
Et veriſimilius. num. 592.
Et alia ſequũtur, de quibus in verbo Ratio.
Naturale eſt, quod omnis res eodẽ modo diſſoluatur, quo colligata eſt. num. 634.

Neceſſarius.

Neceſſaria dicitur interpretatio, quę fit per punctum rationis. num. 429. verſic. neceſſariaque.
Neceſſarium: quod venit in neceſſariũ conſequens,

ſequens, vel alteri adhæret, vt neceſſario ex eo ſequatur, an connexũ dicatur? uide in verbo Connexus.

Neceſsitas.

Neceſſitas operatur, vt aliud pro alio, inuito creditore, ſolui poſſit. num. 53.
Intellige, ut nu. 405. vſq; ad numerũ 422. incluſiuè, & nu. 831. cũ treſdecim ſeq.
Neceſſitas tradendi non facit ceſſare abſurdũ, quod res pro parte tradatur, & pro parte ſoluatur intereſſe, niſi in eo, quod debetur ex diſpoſitione legis: ſi vero debeatur ex contractu, ſeu facto voluntario ſecus eſt. nu. 406. 407. 411. 412. & 833. de ratione differentię nu. 408. cum numeris ſeq. & num. 834.
Neceſſitati voluntariæ lex non ſuccurrit. nu. 414. & 416.
Neceſſitati uero, in actu explicãdo ex iuris diſpoſitione, ſuccurrit. nu. 415.

Negatiua.

Negatiua præualet in dubio. nu. 625. de ratione nu. 628. cum numeris ſeq.
Et pro ea in dubio eſt indicandũ. vt in uerbo Iudicandus.
Negatiua præſumptio fortior eſt affirmatiua. nu. 627. de ratione. num. ſeq.
Negatiua magis negat, quã affirmatiua affirmet. nu. 629. quod exemplis declaratur duobus numeris ſeq.

Negligitur.

Negligitur quod commune eſt. nume. 217.

Negocium.

Negocij: reſolutionem unius, & eiuſdem negocij reciproci, an quis teneatur pati pro parte, ſi in totum diſcedere malit? uide in verbo Reſolutio.
Negociorum pluralitas, an præſumatur: etiã ſi adſit diuerſitas ſummarũ, vel ſcripturarum, & plura extet inſtrumenta? vide in verbo Pluralitas.

Nemo.

Nemo præſumitur facere voluiſſe, quod de iure nõ poteſt. nu. 546. verſ. cum nemo.
Nemo inuitus compellitur ad communionẽ. nu. 196. de ratione numeris ſeq.

Neſtor.

NESTOR MARTINENGVS, Comes Barchi, Supremus Inſulæ Corcyrę Gubernator, Coniux LIVIAE PEDROCCHAE Sororis Auctoris, laudatur. nu. 499. verſ. & ita.

Nihil.

Nihil tam naturale eſt, quam eodem genere quodque diſſoluere, quo colligatum eſt. nume. 634.
Nihil feciſſe uidetur, forma partẽ qui facit. ex communi, nu. 154. iuncto nu. 119. cum ſeq. & nu. 131. cum ſeq. 151. & 748. cum ſeq.
Nihil, in factis, factũ intelligitur, donec aliquid ſupereſt faciendum. num. 370. & 748. de ratione nu. 749. cum ſeq.

Nobilior.

Nobilior eſt cauſa finalis omnibus, quę ſunt ad finem. nu. 249. verſ. atque nobilior.

Noceo.

Noceat: factum unius an, & quando alteri noceat, vide in verbo Factum.

Nominatus.

Nominatus contractus an, & quãdo reſoluatur

uatur ob contrauentionem, vel agendum ſit ad implementum, aut ad intereſſe. uide in verbo Contractus.
Et quis dicatur contractus nominatus. vide ibidem.

Notorium.

Notorium illud cenſetur, de quo extat regula. nume. 619.

Nouatio.

Nouatio dicitur, quãdo primus contractus eſt alteratus. nu. 554. verſ. ſubdens.
Nouatio hodie non fit, niſi expreſſe ſit actũ, quod fiat. ex veriori, & communi. dicto nu. 554. verſic. tum quia hodie.
Ampliatur habere locum, vt nec etiam ope exceptionis hodie nouatio fiat. & ita fuit iudicatum in Camera Imperiali. ibidem, uerſ. quam extendit.
Nouationem denegare facilius, quam inducere debemus. dicto num. 554 uerſic. facilioresque.

Nouennium.

Nouennium dicitur modicum tempus. nu. 551. uerſ. cuius iuris, iũctis uerſ. preced.
Nouenniũ: locatio decennalis facta per Prælatum, uel Eccleſiã de eius bonis, abſque debita ſolennitate, an reſoluatur in totũ, uel ſuſtineatur, et ualeat, ut ſimplex Locatio uſque ad nouennium? & de ratione, uide in uerbo Locatio.

Nouus.

Nouus contractus non dicitur reſolutio contractus. num 637. uerſ non tamen.
An autẽ comprehendatur ſub ſtatuto diſponente, quod de omni contractu ſoluatur gabella? uide in uerbo Statutum.
Noua cauſa accedente, rerumque mutato ſtatu, ceſſare debet cõtractus, ſeu diſpoſitio. nu. 291. uerſ. rerumque.

Nullus.

Nullus quando ſit actus. uide in uerbo Actus.
Nullus quando cenſeatur contractus, uide in uerbo Contractus.
Nulla quando dicatur cõuentio, uide in uerbo Conuentio.
Nulla quando intelligatur promiſſio. uide in uerbo Promiſſio.
Nulla quando ſit alienatio, uide in uerbo Alienatio.
Nulla pro parte, & pro parte ualida, an admittatur Stipulatio? & ſi eſt nulla quo ad unum ex Stipulatoribus, an cenſeatur nulla etiam reſpectu alterius? uide in uerbo Stipulatio.
Nulla pro parte ſi ſit ſententia an, & quando cenſeatur nulla in totum. uide in uerbo Sententia.
Nulla ab initio quibus in caſibus cenſeatur emptio, & venditio. remiſſiue declaratur num. 47. verſ. qui inſuper.
Nulla eſt efficatior probatio, probatione ſenſitiua. nu. 226. verſ. nec mirum.
Nulla certior, & verior eſſe poteſt interpretatio, quam quæ ſit ab ipſiſmet contrahentibus, ſeu ab ipſo diſponẽte. nu. 554. uerſ. quandoquidem.
Nullæ quando iudicentur clauſulæ in cõtractu, ſeu inſtrumento appoſitæ. uide in uerbo Clauſula.
Nullum quando dicatur capitulum. uide in verbo Capitulum.
Nullum quando cenſeatur compromiſſum. uide in uerbo Compromiſſum.

Obeſſe.

Obeſſe.

OBeſſe: ex duobus, quorum vnũ poſſet prodeſſe, & alterum obeſſe, inſpici debet illud, quod poſſet obeſſe. num. 5 0 5. verſic. & ex duobus.

Oblatio.

Oblatio, & ſolutio totius debiti neceſſaria eſt ad hoc, vt vnus ex pluribus hæredibus debitoris partem ſuam pignoris conſequi valeat. num. 3 5 7.

Obligare.

Obligare factũ unius an, & quãdo cẽſeatur alterũ, vel alios. vide in verbo Factum.

Obligatio.

Obligatio dandi ſui natura diuidua eſt. numero 7 4 3.

Niſi adiecta ſit aliquo indiuiduo, quia tunc efficitur indiuidua. num. 1 7 1. verſ. ſubdens, & num. 8 1 1. de ratione nu. 8 0 8. cum ſequenti.

Obligatio faciendi ſui natura indiuidua eſt. nume. 7 4 4.

Obligatio rem tradi eſt indiuidua obligatione, & ſolutione. ex communi. nu. 1 4 5. & 8 6 9. de ratione num. 1 4 8. cum ſeq.

Ampliatur procedere etiã in obligatione rẽ tradi ex cõtractu uenditionis. ex cõmuni. nu. 1 4 6. de ratione num. 1 4 8. cum ſeq.

Obligatio rem tradi per enumerationẽ perſonarum non diuiditur. num. 7 4 0.

Etiam ſi ſit in obligatione ex contractu uenditionis. ex communi. nu. 1 4 5. 1 4 6. & 7 4 1. de ratione num. 1 4 8. cum ſeq.

Et quando eſt in obligatione rem tradi dicitur conditio faciendi. nu. 7 3 9.

Obligatio rem tradi in contractu emptionis, etiam ſi eſſet indiuidua ſolutione tãtum, operatur tamen, quod res uendi promiſſa pro parte tantum uendi non poteſt ſed in totum vendenda eſt. nume. 8 0 4. de ratione ibidem.

Et idem obſeruatur in caſu, de quo nu. 8 0 5. quamuis ex ſui natura eſſet diuidua omni reſpectu. de ratione nu. 8 0 4. et 8 0 6. & ratione rationis num. 8 0 7.

Obligatio pecuniæ ordinata ad factum eſt indiuidua, ſicut ipſum factum. num. 8 1 1. de ratione nu. ſeq. cũ nu. 8 0 8. et præced.

Obligatio indiuidua obligatione, & ſolutione quæ dicatur. num. 8 5 7.

Obligatio indiuidua ex parte promiſſoris, cẽſetur etiam indiuidua ex parte ſtipulatoris. nume. 2 5 9.

Et obligatione indiuiduum etiam dicitur, ad quod plures inſolidum tenentur. numero 4 6 6.

Et obligatione, & ſolutione indiuiduum eſt etiam factum. ex communi. nume. 1 5 0. de ratione numeris ſeq.

Obligatio ad intereſſe ſuccedit poſt morã in obligationibus facti. nu. 5 9. & 8 6 3. de ratione num. 6 8. cum ſeq.

Declaratur procedere non priuatiue, vt tollatur obligatio ad ipſum factum: nec cumulatiue, vt teneatur ad factum, & intereſſe, vt vtrunque poſſit exigi: ſed ſuccedit alternatiuè, vt creditor poſt moram poſſit agere ad ipſum factum tantũ, vel ad intereſſe tantum. ex communi. nume. 6 0.

Declaratur etiam nu. 8 2 6. cum decemocto ſequenti.

Obligatio ad intereſſe qua ratione ſuccedat poſt moram in obligationibus facti. nu. 6 8. cum num. ſeq.

Et an ab obligatione facti liberetur debitor,

qui, condemnatus à iudice ad ſolum factũ, in executione ſoluere uult intereſſe? vide in verbo Debitor.

Et an facile ſit, quod in obligationibus facti, poſt moram, ſtipulatoris amplius nõ intersit fieri? vide in verbo Stipulator.

Et an intereſſe dicatur eſſe in obligatione, et petitione? vide in verbo Intereſſe.

Et an hoc receptum ſit tã fauore creditoris, quam debitoris? uide ibidem.

Obligatio non admittit implemẽtum partis, quando indiuidua eſt. num. 860.

Neque in ea præſtatio partis inducit liberationem pro parte: nec etiam in obligatione facti. nume. 861. de ratione numeris ſequenti.

Obligatio an, & quando facto unius in indiuiduis contrahatur ſolum quo ad contrafacientem, vel etiã quo ad alios, ubi plures tenentur ad aliquid non deſcendens ex cauſa hæreditaria. uide in verbo Factum.

Obligatio reorum debendi una omnium eſſe dicitur. numero 640. verſiculo, & ipſorum.

Obligatio, ex cuius radice oritur, cauſa finalis illa eſſe dicitur. nume. 244. uerſiculo, uel ex.

Obligatio ſimplex diuiditur inter hæredes quo ad actionem perſonalem paſſiue. nu. 306. uerſic. exiſtimantis.

Et etiam quo ad hypothecam. ſecundũ Frãciſcum Aretinum, ſed Gaſpar Caballinus dicit hoc eſſe falſiſſimum, ibidem. de ratione in fine eiuſdẽ numeri remiſſiue.

Obligatio uendendi reſoluitur, reſoluta ſeu ceſſante qualitate contractus, & iam inducta priuatione totius iuris. num. 555. uerſ. ſimiliter.

Obligatio: in omnibus contractibus, in quibus ultro citroque oritur obligatio, ſi iuratur ex vna parte, an etiam ex altera, propter connexitatẽ, iuratum cenſeatur? vide in verbo Iuratus.

Obligatio vna in quam conferuntur omnia Capitula operatur, vt connexa, aut correſpectiua cenſeantur. nu. 898.

Obligatio coniunctim cõcepta in perſona vtriuſque venditoris uendentis rem inter eos communem alicui, an ad inſtantiam vnius altero nolente diuidatur? vide in uerbo Emptor, uerſ. emptor cui.

Obligatio interpretatur ſecundum naturam contractus ſuper quo interponitur. nume. 582.

Obligatio difficilius inducitur, quam liberatio. num. 608.

Obligatio omnis per quaſcunque cauſas naſcitur per eaſdem diſſoluitur. num. 636. cum num. præced.

Obligatio reſoluitur, quando efficaciter non eſt ſecuta cauſa finalis, propter quã fuit promiſſum. num. 239.

Obligatio non reuiuiſcit in totum ſi ſequatur euictio partis poſt traditionem totius rei venditæ, ſed tantũ pro parte euicta. num. 718. & 719.

Intellige, ut ibidem remiſſiue.

Obligationis: in actu obligationis ſi diuiſum ſit pretium quo caſu non impediatur vnitas contractus, vide in verbo Contractus.

Obligatione: quod eſt in obligatione ex diſpoſitione legis an, & in quo differat ab eo, quod eſt in obligatione ex diſpoſitione hominis. vide num. 406. cum præced. & decem ſeq.

Obligatione: promiſſio ſimpliciter facta pluribus ſuper re, etiam ſui natura, diuiſibili, ſi nihil de partibus agatur, an cẽſeatur indi-

indiuidua nõ natura, ſed per accidẽs eſſe in obligatione; vt pars rei tantum rectè præſtari nequeat? vide in verbo Promiſſio, verſic. promiſſio ſimpliciter facta.
Obligationes indiuiduæ fortius, & intenſiuè, & extenſiuè ligant, & aſtringunt, quam obligationes diuiduæ. num. 399. verſ. quod etiam.
Obligationes multæ, quando connexæ dicãtur. uide in verbo Connexus.
Obligationes tot eſſe interpretantur, quot ſunt res, uel ſummę in cõtractu deductę, & comprehenſæ. nume. 14.
Ampliatur primo procedere, etiam ſi ſub vna verborum conceptione exprimantur. num. 15.
Vide tamen num. 707. cum tribus ſeq.
Ampliatur ſecundo obtinere etiam in vltimis voluntatibus. nume. 16.
Ampliatur alijs quatuor modis nu. 18. cum quatuor ſeq.
Declaratur non habere locũ in octo caſibus, de quibus nu. 207. 260. 308. et 700. vſque ad numerum 714.
Obligationes, factæ per emptorem, vel alios quoſcunque reſoluuntur, reſoluta uenditione virtute pacti de retrouendendo:
Neque poſſunt nocere vẽditori, aut eius ſucceſſoribus. nu. 555. verſic. qua ratione, & verſic. neque. de ratione verſic. præcedenti.

Obligatorius.

Obligatoria: conuentio vltro citroque obligatoria quæ ſit: & cuius ſit naturæ, vide in verbo Conuentio.
Obligatorio: in actu vltro citroque obligatorio quæ cenſeatur mens contrahentiũ uide in uerbo Mens.
Et an ſumatur interpretatio, quod res ſit indiuidua ex intentione contrahentium? uide in verbo Indiuiduus.

Obligatus.

Obligatus ad factum an, quando, & quomodo ſoluendo intereſſe liberetur. vide in uerbo Obligatio, uerſic. obligatio ad intereſſe, & in uerbo Debitor.
Obligatus: qui duobus retrouendere promiſit, cenſetur cuique pro parte obligatus. nume. 82.
Non tamen cogi poteſt uni tantũ emere uolenti partem retrouendere, ſi alter aliam partem emere non poſſit, uel nolit. ex uera, & crebriori ſententia. ut num. 529. cum numeris ſequ. & nu. 845. cum ſeq.
Quid ſi ille, qui reemere uult, offert totũ pretium, an tunc ei ſoli reuendere teneatur? & an totum, uel eius partem tãtum? & quomodo, uide remiſſiue nu. 531. uerſic. quid autem.
Obligatus emere à pluribus, ſi unus ex uenditoribus partem ſuam tradere nolit, uel non poſſit, an nihilominus quo ad alios, portiones ſuas tradentes, cõtractum perficere teneatur, vel illi ab eo diſcedere liceat? vide in verbo Emptor.
Obligatus uendere, vel emere, an vltra duos menſes vendere, vel emere teneatur? vide in verbo Vẽdere, & in uerbo Emere.
Obligatus ad vendendum dicitur obligatus ad merum factum. nume. 56. de ratione num. ſequenti.
Obligatus ex forma ſtatuti ad vẽdendum, cenſetur obligatus ad tradẽdum. ex communi nume. 140.
Obligati ſi ſunt ſimul laycus, & clericus ex cauſa indiuidua, quę deberet tractari coram iudice layco, an ambo corã Epiſcopo ſint conueniendi? vide in verbo Laycus.
Obligati ſi ſunt plures ad defendendum, an

teneantur in ſolidum? vide in verbo Plures.

Obligata ſi ſit res, et pretium ſolutũ, an emptor agere poſſit ad reſolutionem contractus? vide in uerbo Emptor.

Obſeruare.

Obſeruare: non obſeruare contractuum an, & quando liceat. vide in verbo Contractus.

Obſeruare omnia, & ſingula vbi quis promiſit, implere pro parte non ſufficit. numero 904.

Nec releuat alios contrahentes paratos eſſe contractũ obſeruare, quando vnicus, & indiuiduus eſt contractus. nume. 905. de ratione num. 892. cum numeris ſeq.

Odium.

Odium excludens interpretatio fauorabilis cẽſetur: etiam ſi diſpoſitio inutilis reddatur. num. 830. verſ. & interpretatio.

Et amplectenda eſt. ibidem, verſ. vnde.

Odium: in odiũ doloſi contractus poteſt claudicare. num. 400. verſ. qui inſuper.

Odium: in odiũ emptoris retorqueri non debent, quæ in eius fauorem inducta ſunt. num. 830.

Offerens.

Offerens partem rerum, & partẽ pretij non auditur, venditis pluribus rebus addictione in diem. num. 413.

Offerre.

Offerre debet rem vẽditor agens ad pretiũ, quamuis emptor eam nõ petat. nu. 141. verſ. ſubdens.

Offerre totum pretium ſi vult venditor vnus ex duobus (qui bona immobilia vendiderunt alicui, promittenti ea illis reuẽdere) vt bona reemat, an tunc emptor ei ſoli reuendere teneatur? & an totum, uel eius partem tãtum? & quomodo. remiſſiue declaratur. num. 531. verſiculo quid autem.

Offerre, inchoato iudicio, implementum parti non licet. nu. 127. verſ. & vterque.

Offerre integram omnium reſtitutionem, atque diſtractionem in totum quis debet; vbi agitur de reſolutione actus; non autẽ poteſt pro parte reſolui, pro parte non. num. 232. verſ. & etiam.

Ampliatur habere locum, ſiue agatur de reſoluẽdo ipſo iure, ſiue per uiam actionis, vel condictione indebiti, vel repetẽdo ex cauſa non ſecuta, vel redhibẽdo: ſiue per viam reſtitutionis in integrum. ibidem, verſic. & hoc.

Officium.

Officium iudicis eſt interpretari cõtractũ in æquiorem partem. num. 679.

Et amplecti illam interpretationem, quę lites, & diſcordias tollit. num. 554. uerſ. tum etiam.

Officium tutoris indiuiduum eſt. nu. 811. verſ. qua ratione etiam. de ratione verſ. præced. & verſiculis ſeq.

Officium tutoris tutor teſtamentarius diuidere non poteſt, & adminiſtrare quo ad certum actum, quo ad alium nõ: Etiam ſtante ſtatuto, quod tutor certę rei, vel cauſæ dari poſſit. nu. 811. uerſ. nam tutor. de ratione verſiculis pręced. & ſeq.

Officium tutoris teſtamentarij reſtringi non poteſt ad certam rem, vel cauſam. ibidẽ, verſ. cum, ut ſupra.

Et ſi aliter ſit, geſta ab eo non valent. ibidẽ, uerſ. & quando. de ratione verſ. ſeq. & verſiculis præced.

Om-

Omnis.

Omnis agens agit propter finem.num. 249. verſ.cum omnis.

Omnis diſpoſitio reſtringitur ſecundũ cauſam antea explicitam, uel cogitatam nu. 224. verſ.omniſque.

Omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur.nume. 635.

Ampliatur procedere in omni obligatione, & contractu.nume. 636.

Omnes clauſulæ adhærentes, et omnia in cõtractu principali cõtenta, eo reſoluto, reſoluta, & extincta cenſentur. nu. 555. uerſ.& reſoluto.

Et etiam omnes hypothecæ, & obligationes factæ per emptorem, vel alios quoſcunque: neque poſſunt nocere uenditori, aut eius ſucceſſoribus.ibidem verſic.qua ratione, & uerſic.neque. de ratione uerſic. præcedenti.

Omnes diſpoſitiones regit cauſa finalis. nu. 249.uerſ.atque eas.

Omnia & ſingula, hæc uerba cuius ſint naturæ, quemue effectum producãt, uide in uerbo Clauſula.

Omnia capitula, quando in unam obligationem conferuntur, an connexa, uel correſpectiua cenſeantur, & unum ſine alijs ualere poſſit? uide in uerbo Capitulum.

Omniũ: ratio naturalis nil aliud eſt, niſi ſenſus quidam cõmunis, & ex affectu omnium communi procedens.nu. 429.uerſ. nilque aliud.

Omnibus præualet interpretatio, deſumpta ex ratione expreſſa: quia dicitur ipſa diſpoſitio potius, quam interpretatio.num. 298. uerſ.& idem.

Omnibus, quæ ſunt ad finẽ, nobilior eſt cauſa finalis.numero 249.uerſic. atque nobilior.

Onus.

Onus annexum, etiam ſi agnoſcens, ſeu acceptans cõtractum ignoraret, nihilominus aut totum ipſum contractum agnoſcere, aut à toto recedere debet. nu. 374. cum num.præced.de ratione num. 376.

Onere: ab onere regulatur cõmodũ.nu. 454.

Onerum æqualitatem quæ conſeruat, interpretatio amplectenda eſt.nu. 446.uerſ. quibus addo.

Opinio.

Opinio maiori calculo ſcribentium approbata, quod emptor, qui duobus retrouẽdere promiſit, nõ cogatur alteri, partẽ ſuam emere uolenti retrouendere. ut nu. 531. locum habet, quãdo pretium eſt determinatum.nu. 852.de ratione num.ſeq. *

Opinio, quod emptor cogendus nõ ſit pro ſeptem partibus octo partium bonorũ emptorũ contractũ adimplere, & pro octaua parte, quæ tradi non poteſt, intereſſe accipere. ſed ei liceat, ob defectum traditionis ipſius octauę partis, à tota emptione diſcedere, ęquior eſt.num. 669.de ratione numeris ſeq. & nume. 428. 429. & ſequenti.

Opinio communis in conſulendo, & iudicando ſequenda eſt.num. 847. ex receptiſſima, & ueriſſima ſententia. *

Neque de authoritate tenentium cõtrarium curandum eſt.num. 848.

Intellige ut nume. 676.

Opinio æquior amplectenda eſt in iudicando.num. 672.

Etiam ſi contraria receptior eſſet. ex frequẽtiſſima Doctorum ſententia.nu. 676. *

Opinio quæ ſequenda ſit in dubio in iudicando, uide in uerbo Iudicandus.

Opiniones Doctorum, quę impugnantur, uel decla-

declarantur ab Auctore, uide ſub eorum nominibus proprijs.

Ordinatus.

Ordinata ſi ſit res omni reſpectu diuidua ad aliquod indiuiduum, efficitur indiuidua, ſicut ipſum indiuiduum. num. 811. cum num. præced. de ratione nu. ſeq. cum nu. 808. & præced.

Origo.

Origo quibus eadem eſt, indiuidua eſſe interpretantur. nume. 258.

Originem, quod ducat effectus biſformis ex uno actu, non admittitur. numero 568. uerſic. neque.

Pactum.

PActum addictionis in diem, ſub quo res à pluribus fuit uendita, diuerſis pretijs, poteſt p aliquos exerceri alijs nolentibus. numero 695.

Sed ſi uno pretio, tunc per contradictionem unius, impediuntur alij. nume. 696.

Pactum de retrouẽdendo, an ſit indiuiduũ? uide in uerbo Indiuiduus, uerſiculo, & pactum.

Pactum de retrouendendo utrique uenditori rem emptã à duobus, an ſit diuiduũ, vel indiuiduum? vide in verbo Emptor, verſic. emptor cui.

Pactum, quod emptor teneatur ſoluere pretium in pecunia numerata, & nõ in alia re contra voluntatem venditoris, operatur, quod emptori fieri debet traditio omnium bonorum vendi promiſſorum, non autem pro parte, & pro alia parte ſolui intereſſe contra eius voluntatem. num. 424. de ratione numeris ſequenti. vſque ad numerum 447. incluſiuè.

Pactũ de uendendo, an contineatur ſub ſtatuto, de qualibet venditione loquente? vide in verbo Statutum.

Pactum de vendendo venditionẽ non inducit. nu 102. in fine. de ratione nu. 100. cum ſeq.

Pactum in contractu Emphyteutico appoſitum ſi quis non ſeruat, an fiat reſolutio cõtractus? uide in uerbo Emphyteuticus.

Quid ſi contractus ipſe ſit iuratus? vide ibidem.

Pactum, vt omne damnũ, & commodum, quod contigerit in bonis vendi promiſſis, cedat ad damnum, & commodum emptoris, tanquam ſi illis de eis factum fuiſſet datum: eſt reciprocum reſpectu commodi, & incommodi, & æqualiter reſpicit omnia bona, & quamlibet eorũ partem, ac traditionis effectum. num. 448. & 451.

Et operatur, quod emptori per uẽditores effectualis traditio omnium bonorum, & ſine diminutione alicuius partis fieri debet, vel in totũ contractus reſcindendus eſt. num. 449. de ratione numeris ſeq.

Neque pro parte rei tradẽdæ ſolutio intereſſe admittitur. nu. 452. de ratione nu. ſe.

Pactum de defendẽdo, an ſit indiuiduum? vide in verbo Indiuiduus, verſicu. & clauſula.

Pactum, in quo adeſt clauſula (omnia, & ſingula &c.) quid operetur, uide in uerbo Clauſula.

Pactum cũ clauſula (ſaluis prædictis) quẽ effectum producat, uide ibidem.

Pacti de retrouendendo uirtute, quando fit reſolutio uẽditionis, quid ſequatur, uide in uerbo Reſolutus.

Pacta omnia in vno contractu appoſita exiſtiman-

ſtimantur ob eandem cauſam, & correſpectiua.num. 382.verſic.dicente.
Pacta in cōtractu appoſita,intelligenda ſunt ne ad inuicem aduerſentur,& repugnēt. nume. 570.
Pacta ſemper ſunt reducenda ad æquitatē, nume.458.
Et æqualitatem arbitrio boniuiri. nu. 459.
Pacta aliqua, quod non fuerint ſeruata, an ſufficiat, vt deficiat cauſa finalis locationis? uide in uerbo Cauſa.
Pactorum æqualitas bonam fidem in contrahentibus arguit.nu.437.
Pactorum æqualitas circa lucrum,& damnum inter contrahentes inducenda eſt. nume.455.
Et bonæ fidei præſumptionem producit.nume. 456.
Pactorum ſeruandorū ratio, an ſit generalis ad totum contractū,& in ipſum vniuerſum influat? vide in verbo Ratio.
Pactis: in pactis cōtrahentium idem ius ſibi dici quis aſpernari non debet, quod ipſe alijs dixit,uel dici effecit. numero 433. & 434.
Pactis: in pactis fieri debet interpretatio ſecundum illud, quod proferens interrogatus ueriſimiliter reſpondiſſet.num. 598. uerſic. cum dicunt.
Et veriſimiliter feciſſet.num. 785.verſ. quibus.
Pactis: vbi agitur de pactis reſolutiuis, uide num. 639.verſ.vbi quoque.

Paria.

Paria ſunt aliquid nō fieri,vel fieri,& non perfectè,vt decet.ſub num. 372.de ratione nume. 379.
Paria ſunt aliquid non fieri,uel ſub cōditione fieri,quæ non purificetur. num. 190.
Ampliatur primo idem eſſe in licētia requiſita in contractu uenditionis.num. 191.
Ampliatur ſecundo habere locum,etiā ſi conditio tacita ſit,et ſubintellecta.nu. 192.
Paria ſunt quo ad cōmiſſionem pœnæ,quod ipſemet,qui ratificauit, vel alius ſe ratificaturum promiſerit.nu. 361. cum nu. præcedenti.
Paria ſunt locatio,& Vēditio quoad æqualitatem ſeruandam inter contrahentes. nume.431.
Paria ſunt voluntas,& impotentia,vt quis non teneatur vendere partem vni tantum,ſi totum,quod emit, duobus retrouendere promiſit.ex vera,& crebriori. nume. 531.
Declaratur(ſecundum aliquos)nu.849.cū numeris ſeq.& ratio declarationis affertur nu.850.& 853.
Paria ſunt,quod non fiat venditio,uel fiat, & reſoluatur. nume. 556.& numeris ſequenti.
Paria ſunt naturalis æquitas,& iuſtitia naturalis.num.675.
Paria ſunt, quod aliqui tradere teneantur ex ſuo contractu,vel auctoris ſui,ut in ſolidum teneantur.num. 779.de ratione nume.ſequenti.
Ampliatur num. 782.
Paria eſſe debent traditio rei uenditæ ad cōmodum emptoris,& ſolutio pretij ad cōmodum uenditoris. nu. 432. de ratione nu.85.86.& 427.
Reliqua vide in verbo Aequiparantur.

Pars.

Pars ne decepta remaneat, interpretatio facienda eſt.nu. 598.verſ.& illa.
Pars rei vendite ſi ab uno ex venditoribus emptori non tradatur, an nihilominus

nus quo ad alios uenditio exequenda ſit? uide in uerbo Venditio.

Pars rei venditæ ſi tradi non poteſt, an & quando huiuſmodi impoſſibilitas faciat ceſſare illud abſurdum, & incõueniens, quod res pro parte tradatur, & pro parte ſoluatur intereſſe. vide in verbo Impoſſibilitas.

Pars rei venditæ ſi euincatur poſt traditionẽ totius, an obligatio reuiuiſcat in totũ, vel pro parte? vide in verbo Obligatio.

Pars rei emptæ ſi emptori non tradatur, an ei liceat ab emptione diſcedere? vide in verbo Emptor, & in verbo Diſcedere verſ. & quando pars.

Quid ſi quis rem ipſam non emit, ſed emere promiſit? uide in verbo Emere.

Pars rei communis uenditæ à duobus vni, qui rem ipſam intra certum tempus illis retrouendere promiſit, ſi vnus uelit partem ſuam reemere, alter verò non, an ſit reemere uolenti retrouendenda? vide in verbo Emptor verſic. emptor, cui.

Pars rei tantũ rectè præſtari nequit, ſi promiſſio ſimpliciter facta eſt pluribus ſuper re, etiam ſui natura diuiſibili, & nihil de partibus actum fuit. ex communi. nu. 308. uerſic. comprobatur. de ratione ibidem.

Pars pretij ſi ſit ſoluta, an et quãdo ita perfecta cenſeatur uenditio, vt ab ea diſcedere non liceat. vide latiſſime in verbo Diſcedere, uerſ. diſcedere ab emptione nõ licet ſecuta, cum pluribus uerſiculis ſeq.

Pars pecuniæ, & pars rei an, & quando ſolui poſſit. uide in verbo Solutio.

Pars an retrahi poſſit per conſanguineũ, qui rem patrimonij, vel ge[n]eris pro eodem pretio retrahere poteſt? vide in verbo Conſanguineus.

Pars æſtimatur minus valere, quam ſi cum toto vnita foret; quando pretium eſt determinatum. nume. 854.

Pars reſpectu partis minus ualet, quam totum reſpectu totius num. 317.

Intellige vt num. 851. cum tribus ſeq. & præcedenti.

Pars reſpectu partis tantam vtilitatẽ non affert quãtam totum reſpectu totius. ex communi. num. 318. de ratione nu. ſeq.

Intellige, vt nume. 849. vſque ad numerum 855.

Pars reſpectu partis poteſt tantam vtilitatem afferre, quantã totũ reſpectu totius, quando pretium eſt indeterminatum: ſecus vero ſi pretium ſit certum, & determinatum. nu. 729. iuncto nu. 727. & 849. cum ſex ſeq.

Pars reſpectu partis in caſu, de quo nu. 77. tam emptori, quam venditori tantã utilitatem affert, quantam totum reſpectu totius. num. 79.

Intellige, ut num. 727. cum duobus ſeq. & nume. 849. cum ſeq.

Pars locationis, facta per Prælatum, vel Eccleſiã, de eius bonis, vſque ad decennium, non affert tantam vtilitatem reſpectu partis, quantã totum reſpectu totius. nu. 551. verſ. aliam quoque, de ratione verſiculis ſeq.

Pars: indiuiduum an dicatur illud, quod tantam vtilitatem nõ affert in parte reſpectu partis, quantam in toto reſpectu totius: etiam ſi ſecundum aptitudinẽ naturalem diuidi poſſit? uide in verbo Indiuiduus, uerſ. Indiuiduum illud.

Pars ſententiæ indiuiduæ ſi ſit appellabilis, an in totum cenſeatur appellabilis? vide in verbo Sententia.

Et ſi vitiatur in parte, an irritetur in totum?

totum ? vide ibidem .

Pars cōtractus indiuidui approbari, et pars reprobari non poteſt.nu. 8 5 8.

Pars: intereſt contrahentis,ne pars rei tantum apud eum remaneat.nu. 7 2 6.

Pars defenſionis præſtari non poteſt. num. 8 1 1.in fine.de ratione ibidem.

Pars non poteſt offerre implementum, inchoato iudicio.nu. 1 2 7.uerſ.& uterque.

Partis emptio eſt contra uolūtatē emptoris, qui totum emere promiſit.nu. 3 2 0.

Et ei utilis non cenſetur. nu. 3 2 1.de ratione num.ſeq.

Partis emptio,& uenditio non minima habet incommoda.nu. 3 1 6. de ratione nu. 1 9 6.cum quinque ſeq. & nume. 3 1 7. vſque ad numerum 3 2 5.

Partis implementum non ſufficit in obligatione indiuidua. nu. 8 6 0.

Partis præſtatio non inducit liberationē pro parte,in obligatione indiuidua,ſeu facti. nu. 8 6 1. de ratione numeris ſeq.

Partis præſtatio,quando habito reſpectu ad finē, ad quem factū deſtinatur,nō affert tantam utilitatem in parte reſpectu partis,quantam in toto reſpectu totius , lex non admittit talem partis præſtationem, vt contingat liberatio partis. nu. 8 6 8.

Partis ſolutio per unum ex pluribus Hæredibus emptoris,an fieri poſſit, ut partem fundi empti conſequatur? vide in verbo Hæres .

Partis: ſolutio partis debiti,an ſufficiat, ut vnus ex pluribus hæredibus debitoris partem ſuam pignoris conſequi poſſit,uel ſit neceſſaria oblatio , & ſolutio totius ? vide ibidem.

Partis utriuſque commodum reſpiciens cauſa,finalis cenſetur.nu. 2 4 9.uerſ.immo .

Partis vtriuſque conſenſu reſolutio contractus venditionis quomodo fiat,remiſſiue declaratur.nu. 6 3 9. uerſ.vbi quoque.

Partem emere ſi vult conductor, poteſt à locatore cogi ad totum emendum,uel nihil emendum.nu. 7 3 0.uerſ.qui ſub.

Partem indiuidui faciens,nihil facere videtur.num. 2 8 6.

Partem facere,an ſufficiat, vt vnus ex legatarijs partem ſuam legati, relicti ſub cōditione faciendi, conſequatur? vide in verbo Facere.

Quid ſi totum ipſe faciat,alio negligēte partem ſuā facere,conſequetur ne totū legatum? & quo iure. vide ibidem.

Partem rei, quod emptor emiſſet,an ſit ueriſimile ? uide in uerbo Veriſimilis.

Partem canonis ſi ſoluerit Emphyteuta., & in alia parte per triennium ſoluere ceſſauerit, an cadat in totum à iure ſuo ? vide in verbo Emphyteuta.

Quid ſi decedat pluribus relictis hæredibus & vnus eorum partem ſuam ſoluat,alij vero non? vide ibidem.

Partem debiti,etiā diuidui, quibus caſibus ſeu modis quis recipere non teneatur. uide in verbo Debitum .

Partem pecuniæ,& partem mancipiorum, an hæres inuitus debeat,quando teſtator octo ſeruos,aut per omnibus certam pecuniam legauit? vide in verbo Hæres.

Partem per ſe non facit, quod uenit ad perfectionem alterius, ſed idem corpus eſſe intelligitur.num. 2 2 3.

Partem formæ qui facit, nihil feciſſe videtur.ex communi.nu. 1 5 4. iuncto nume. 1 1 9 cum ſeq.& nu. 1 3 1.cū ſeq. 1 5 1. & 1 4 8.cum ſeq.

Partem retrouendere,an & quando teneatur is,qui emit fundū,vel alia bona immobilia à duobus, et promiſit ea illis retrouen-

trouendere. vide in uerbo Emens. & in verbo Venditor.
Partē pretij ſoluere non cogitur emptor, uno ex domis rei venditę ratum habente. nu. 8 7 6. de ratione num. ſeq.
Partem in ęquiorem interpretari contractū ad iudicis officium ſpectat. nu. 6 7 9.
Partē: Emphyteuta, qui plures res vno pretio in Emphyteuſim accepit, ſi duobus, vel pluribus hæredibus relictis decedat, & vnus eorum partem ſuam tantū alienet, an tota res incidat in commiſſum? vide in uerbo Emphyteuta.
Parte: id quod conſiſtit in faciendo, uel miſtim in dando, & faciendo ſi eſt implendū à duobus, uel pluribus, an ab uno tantū, vel ab aliquibus eorum pro parte impleri poſſit? vide in verbo Implere.
Parte vna contractuum correlatiuorum ſublata, tollitur altera. num. 4 0 0. verſic. confirmatur. de ratione ibidem, verſ. ratio eſt, & uerſ. ſeq.
Parte: quis non tenetur pati pro parte reſolutionem unius, & eiuſdem negocij reciprocι, ſi in totum diſcedere malit. d. nu. 4 0 0. uerſ. confirmatur etiam.
Parte: indiuidua, & incorporalia (vt ſunt ſeruitutes) conſiſtunt tota in toto, & tota in qualibet parte totius. nume. 6 8 7. uerſ. indiuidua autem.
Parte: omnis hypotheca, ſiue legalis, ſiue cōuentionalis ſeu hominis eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. nu. 3 0 6. uerſ. addo etiam.
Parte: quod aliquis nō fuiſſet contracturus pro parte tantum, interpretatio ſumēda eſt in dubio. num. 6 5 6. uerſ. cum etiam.
Parte: qui totū ſtipulatur ueriſimilius eſt, quod parte vnica contentus non exiſtat. nume. 5 9 3.
Parte: quod poteſt pro parte præſtari, diuiduū proprie dicitur. nu. 2 3 2. verſ. licet.
Parte: quod pro parte præſtari nō poteſt, indiuiduum proprie cenſetur. dicto nume. 2 3 2. uerſ. licet.
Parte: vbi agitur de reſolutione actus, an poſſit pro parte reſolui, & pro parte nō? uide in verbo Reſolutio. uerſ. reſolutionē. vbi ampliatur.
Parte ex vna ſi ſit iuratum in cōtractibus, in quibus vltro citroque oritur obligatio, an etiam ex altera, propter connexitatem, iuratum cenſeatur? vide in verbo Iuratus.
Parte: pro parte res tradi, & pro parte ſolui intereſſe, an & quando liceat. uide in his verbis Abſurdum, Emptor, Solutio.
Parte: qui effectus reſultēt ne ſequatur abſurdum, quod res pro parte tradatur, & pro parte ſoluatur intereſſe. uide in verbo Abſurdum.
Parte: interpretatio non fit pro ea parte, pro qua non eſt ueriſimilitudo. num. 5 9 5.
Parte: pro parte valere, an poſſit ſtipulatio? uide in verbo Stipulatio.
Parte: an compromiſſum pro parte valere poſſit? uide in verbo Compromiſſum.
Parte contractus reſoluta, an reſoluatur in totum? uide in uerbo Reſolutus.
Parte ex vna, quando reſcinditur cōtractus an in totum reſcindi debeat? vide in uerbo Contractus.
Parte indiuidui irritata, totum irritatur. nume. 2 8 7.
Partes licet ſint expreſſæ (veluti quod ſunt octo) vbi tamen ſunt adhuc inuicē confuſæ, intellectu magis poſſunt percipi, quam ad oculum demonſtrari. nu. 2 8 4.
Et in quolibet ceſpite terræ quilibet dicitur habere partem pro indiuiſo. nume. 2 8 5.

Partes pro diuiſo, uel indiuiſo, an recipiat rē tradi, & quomodo iſtud procedat, uide in verbo Res.

Partes ſingulę, an ſint eſtimandę, uel res tota, uide in uerbo Aeſtimandus.

Partibus: tota in toto, & tota in quibuslibet ſuis partibus eſt anima intellectiua. num. 687. in fine.

Partibus, quæ minus affert præiudiciū, quā ſit poſſibile interpretatio capienda eſt in dubio. num. 567. uerſ. quia.

Paruus.

Paruus defectus operatur reſciſionem contractus. nume. 116. de ratione numeris ſequenti.

Paſsiue.

Paſſiuè an ſit indiuiduum ius hypothecæ? Et quid ſi res hypothecatæ ſint diuiduæ? vide in verbo Ius. verſ. ius hypothecæ.

Paſſiuè ſicut ſimplex obligatio perſonalis diuiditur inter hęredes, an etiam diuidatur quo ad hypothecam? vide in verbo Obligatio, verſ. obligatio ſimplex.

Patefacio.

Patefacit principalem intentionem contrahentium cauſa finalis. nume. 249. verſ. & eſt.

Pecunia.

Pecunia diuidua eſt omni reſpectu. num. 810. Intellige vt nu. ſeq.

Pecunia ſoluta repeti poteſt per emptorem, quādo deficit tota res vendita, vel amplior eius pars num. 802.

Pecuniæ: ſolutio partis pecuniæ, an per vnū ex pluribus hæredibus emptoris fieri poſſit, vt ad partem fundi empti cum venditore ex empto agere ualeat? vide in uerbo Hæres.

Pecunię: ſolutio partim pecunię, & partim rei, an & quando fieri poſſit. uide in verbo Solutio.

Pecuniæ promiſſio, vel obligatio, ordinata ad factum, eſt indiuidua ſicut ipſum factum. num. 811. de ratione num. ſeq. cū num. 808. & præced.

Pecuniam præſentem ſi non habet emptor, & venditor ei credit, an fides de pretio habita dicatur? vide in verbo Fides.

Penſio.

Penſio vna, quando ſuper tota re eſt conſtituta, tunc res ipſa ex voluntate contrahētium efficitur indiuidua. num. 344.

Penſio vnica cōſtituta in locatione plurium rerum quid operetur, vide in verbo Locatio. & in uerbo Conductor.

Penſio ſi pro parte ſoluatur ab Emphyteuta, vel vno ex eius hæredibus, an ſufficiat ne res Emphyteutica incidat in commiſſum in totum? vide in verbo Emphyteuta.

Peremptio.

Peremptionem: plura capitula facta ex eadem cauſa, ad eundem effectū, & quando vnum tendit ad peremptionem alterius, an diuerſa, & ſeparata, vel connexa dicantur: etiam ſi facta ſint diuerſo tempore? vide in verbo Capitulum.

Perfectè.

Perfectè non fieri, vt decet, uel aliquid non fieri, paria ſunt. nu. 372. uerſ. cum paria.

Perfectio.

Perfectio venditionis eſt triplex, de qua remiſſi-

remiſſiue numero 48.

Perfectio actus, videatur in verbo Actus.

Perfectionem: ueniens ad perfectionem alterius, an faciat per ſe partem, vel idē corpus reputetur? vide in verbo Pars, verſic. partem per ſe.

Perfectionem: veniens ad perfectionem alterius, an connexum dicatur? vide in verbo Connexus.

Perfectione inſpecta, an, quę connexa ſunt, vnius loco iudicentur? vide ibidem.

Reliqua vide in verbo Perfectus.

Perfectus.

Perfectus actus, an difficilius diſſoluatur, quam qui eſt in fieri. ſeu perficiendus? uide in verbo Actus.

Perfecta conſumatio facti, an reſpiciat formam? vide in verbo Forma.

Perfecta, quando dicatur datio inſolutū facta à parte, vide in verbo Datio in ſolutum.

Perfecta quando dicatur uenditio, vide in uerbo Venditio.

Perfecta rei traditio, an requiratur, vt annus, intra quem emptor pretium ſoluere promiſit, currere incipiat? vide in verbo Annus.

Permiſſus.

Permiſſa intelligitur exceptio, licet ſit prohibita actio. nu. 604. de ratione num. ſeq.

Permiſſa uenditione, etiam traditio permiſſa intelligitur. nu. 140. verſic. ſimiliter.

Permiſſum: non poſſe, quod de iure non eſt permiſſum, defectus conſenſus, ſiu nolun tatis eſt. nu. 546. verſic. dicens.

Permittendus.

Permittenda nullatenus eſt materia diſcordiæ, & litis. nu. 554. verſ. quod nullatenus. de ratione verſiculis ſeq.

Permittens.

Permittēs: potius inſpicitur cauſa prohibēs, quam permittens. num. 505. verſic. & tanto magis.

Perſona.

Perſona eſt indiuidua. num. 811. uerſ. quia.

